liam & Tauru̅ mo̅tem sita. plurima iacet ca̅po / sinu lato: quæ a Cilice Agenoris filio nome̅ sor tita est. Matre̅ urbium habet Tharson: qua̅ Da nes proles nobilissima Perseus locauit. Ha̅c ur bem intersecat Cidinus amnis miręsuauitatis. Circa Coryciu̅ Cilicię urbe̅ crocus plurimus op timusq;. In ea regione e̅ Corycius specus / ut Po̅ ponius scribit / singulari ingenio / ac supra q̄ ut describi facile possit / eximius / adeo mirificus ac pulcher / ut mentes accedentium primo aspectu co̅sternat. Desce̅sus eius qngentorum & mille passuu̅ p amoenas umbras. Terret ingredie̅tes sonitus cymbalorum diuinitus crepita̅tium. In eo Tiphonis giga̅tis cubile positu̅ accolę credi derunt. Heliopolis antiquu̅ oppidu̅ cilicię fuit / patria Chrisippi stoicæ sapientię præsta̅tissimi. Cilices mediterraneo mari proximi / pyratę fue runt: quos Magnus Po̅peius / ut Florus tradit / funditus deleuit. Cilices antiquitus Tharsi uo cabantur a Tharso nepote Iaphet / qui eos insti tuit / ut libro .i. antiquitatis Iudęoru̅ Iosephus auctor est. Tarsus na̅q; apud eos ciuitatum me tropolis appellatur.

Corycius specus

Po̅ponius

Tipho gigas

Florus

Iosephus

Cimas est insula maxima inter istri hostia. Et ut Pomponius refert / urbem habet / quam quia Bi thini incolunt / Bithinida appellatur.

Po̅ponius

Cimbrī populi fuerūt germaniȩ ſeptētrionalis/q lingua gallica/ut Feſtus tradit latrones dicuntur/nunc flamingos appellāt: qui olim oceano inundante relictis ſedibus Romanorum fines inuaſerunt: ac magna clade primum Romanos affecerūt. Tandē incredibili cȩde a. C. Mario/ut Florus prodidit/ī cāpo Raudio deleti ſūt. Et ut Euſebius de tēporibus refert/uiginti milia cimbrorum iuxta Eridanū Marius cȩcidit/ & octoginta milia cepit. Cimbri latrocinando incertis errabundi ſedibus ad paludē uſq; meotim militiam agitarūt/ut li. vii. auctor eſt Strabo. Ab eis .n. Cimerius uocatus eſt boſphorus: quaſi cimbricus: cū grȩcorum lingua cimerios cimbros nominent: Feſtus Florus Euſebius Strabo

Cyprus inſula eſt Veneri ſacra quæ inter ciliciam ſyriamq; porrigitur: inter alias orbis inſulas famoſiſſima: diuitiis abundās: luxui plurimum dedita. Vrbes in ea clariſſimȩ. Salamis/Paphos & Cythera: a qua Venus ipſa Cytherea cognominatur. Ea quondā teſte Plinio lib. v. nouē regnorum ſedes fuit. Vino abundat & oleo. Frumenti quoq; ſatis habet: æris etiam metalla/ in quibus uitriolum & rubigo æris naſcitur/ ad medicinæ uſum idonea. Canamellis multa in cypro reperitur ex qua zucharum excoquitur Plinius

Ex pilis quoq; caprarum pannus conficitur: cui zambellocto nostra ętas nomē dedit. Multas res insula ad alias gentes mittit: ex quibus lucra non pauca redundāt. Sed aerem parū salubrem habet. Tota insula delitiis affluit. Foeminæ admodum lasciuę sūt. Et ut Iustinus tradit: Cyprię uirgines prius q̄ nuptui tradantur: exteris nautis se prostituere consueuerūt: ut nō ab re Veneri sacratam cyprum ueteres ꝑdiderint.

Iustinus

C yrene ꝓuincia est in aphrica: cui ab oriēte ęgyptus. Ab occasu aphrica minor. A septentrione mediterraneū mare. A Cyrene metropoli sic nūcupata. Calimachi poetæ patria: quā Batus lacedęmonius cōdidit. Est autē ea prouincia bonorum equorū parens: quę & Pentapolis dicit̄: a quinq; urbibus: quæ in ea sunt: idest Cyrene: Beronice: Arsinoe: Apollonia: Ptolomais. Cyrene clara est Hamonis oraculo: & fonte quem Solis appellāt. Qui teste Solino humū stringit: fauillam in cespitē solidat. Vt uero Pōponius refert fons ille media nocte feruet: fit luce frigidus: per meridiem maxime riget. Ibi & lapis legitur Hamonis: quem uocāt Cornu: ita tortuosus est: fulgore aureo. Somnia repræsentare dicitur subiectus capiti incubantium. Deserta huius prouinciæ generant basiliscum: malum i ter

Solinus

Pōponius

Basiliscus

ris singulare/cuius oculos qui uidere/ cõfestim expirãt/ut Plinius refert li.vii. Necat fructices/ herbas exurit/rumpit saxa. Plinius

C risæ & Argirę insulę sunt ĩ oceano indico/adeo metallorum copia foecundæ/ ut pleriq; eas superficiem auream & argenteam habere prodiderint.

C hius insula est in mari ægęo habens Aruisium promõtorium optimi uini ferax: a quo aruisia uina/de quibus Virgilius in daphni. Virgilius

Vina nouum fundam calathis aruisia nectar.

C odanonia insula est in codono sinu: quam Teuthoni tenẽt: & ut foecunditate alias/ita magnitudine antestat.

C odanus sinus est in germanico oceano/ a Seuo monte usque ad Cimbrorum promontorium/ ingens profecto plurimisq; insulis refertus

C olchos prouincia est maioris asiæ iuxta pontũ/ in qua Oeta filius Solis rex potẽtissimus regnauit. Fuit autem efferus & crudelis/qui hospites necabat: eosq; pro uictimis ĩmolabat. Ea quondam prouincia a barbaris ac efferis nationibus hospitibusq; infensis habitata fuit. Ad ea loca Iasonẽ ferũt cũ argonautis ex thessalia nauigasse ad uulgatũ uellus aureũ rapiẽdũ/ut li.v. Diodorus refert. Quod ut aptius intelligatũ/paulo Diodorus

altius repetendum est. Phrixũ Athamãtis Thebarum Regis filium aiunt nouercę insidias declinantem una cũ sorore Helle e gręcia fugisse. Transfretantibus illis ex Europa in asiam sup aureo ariete uirginẽ in mare delapsã hellespontо mari nomẽ dedisse. Phrixum uero delatũ in colchida/arietem iuxta acceptũ oraculum sacrificasse: & pellẽ in templo Martis suspẽdisse. Vt autẽ Eusebius de tẽporibus refert/fuit nauis ei parata/cuius insigne aries erat. Quidam uolũt nutritorẽ eius Arietẽ uocatũ: p quem liberatus est ab insidis nouercę. Oetę uero in põto regnãti responsum datũ/illum tũc mortẽ obiturum/cum externi nauigio delati aureũ uellus sustulissent. Regio est fructibus & omnibus quę ad fabricandas naues pertinẽt opportuna/ut libr. xi. Strabo refert. Sed pręcipue linum/canabem/cæram/& picem gignit. Lanificium quidẽ uulgatum est. Nam & ĩ peregrina exportatur loca. In ea urbs Sibaris colchorum regia est.

Eusebius

Strabo

C olidos insula est ĩ oceano indico/ut Dionysio placet: quã ferunt Veneri dedicatã extitisse/tantęq; esse altitudinis prodiderunt/ ut illuc aues non aduolent.

Insulæ miræ altitudinis

C olocenses populi fuerunt in insula Rhodo/ad quos Paulus apostolus complures scripsit epi

ſtolas: nunc Rhodienſes appellantur.

C olumbaria inſula eſt in mari Tuſco/ auium hu ius nominis mater.

C olumnę Herculis ſunt duo promontoria in extremo terrarum/ uerſus occaſum. Q uorum alterum in aphrica/ ei quod ex aduerſo hiſpania attollit/ obiectum. Hoc Abilam: illud Calpē uocāt. Herculem ferūt iunctos olim ꝑpetuo iugo mōtes diremiſſe: atq; ita excluſū mole montiū oceanū aperuiſſe terras: & inter Aphricam europāq; inundans/ uſq; ad littora ſyrię ſe ꝓtēdit. Hercules

C omagena regio eſt Syrię/ quæ quondā in ea metropolis fuit ſic cognominata.

C orcyra inſula eſt ī mari Ionio Epiro adiacēs/ fertilis & copioſa/ in qua regnauit Alcinous diligēs hortorū cultor. De quo Virgilius. ii. geor. Virgilius Pomaq; & Alcinoi ſiluę/ ideſt arbores pomiferę quas ille plātauerat. Eſt & alia eiuſdē noīs inſula/ quæ uocat̄ Corcyra nigra/ adiacēs dalmatię/ de qua ſcribit Ptolemęus .li.ii. Hanc eſſe credi Ptolemęus derim/ quā patrio ſermone Curzulā uocāt.

C orſica inſula eſt in mari liguſtico/ quæ Cyrnus quoq; dicta ē a Cyrno Herculis filio. Soli ubertate & naſcentiū copia ſpectatiſſima. Vitiū optimiq; uini feraciſſima. Gignit lætiſſima pabula & lapidē Cathochitem: qui/ ut Solino placet/ Solinus

impositas manus detinet: ita seiunctis corpori
bus annectés/ut cũ ipsis hęreat/a qbus tangit.
Est aũt a septẽtrione in meridiem proiecta/ lon
ga passuũ.cl.milibus :lata maiore ex parte.L.
Circuitus eius.cccxxii. mil. pass. Abest a Sardi
Strabo nia.viiii.mil. passibus. Ea ĩsula auctore Strabo
ne li.v.maligne colitur/aspera/& plurimis ĩ par
tibus inaccessibilis: adeo ut qui eius mõtes ha
bitant/ex latrociniis uitã degentes superent ip
sas ĩmanitate beluas. Mirabile siquidẽ uisu est/
q̃ agrestis eorum uideatur effigies: q̃q; bestia
rum appareat diritas faciesq; truculentę.

Iginus Cous insula est in mari æggo/quæ teste Igino/a
Coo filia Meropis/quę in ea regnauit cognoïa
Strabo ta ẽ. Fuit Hippocratis & Apellis patria. Strabo
Apelles ãt li. xiiii. Apellẽ ex ephesо natũ ꝑdidit/q fuit
pictor eximius/omnesq; prius genitos ac futu
Plinius ros postea superauit ut li.xxxv. Plinius refert
qui sũme laudauit Venerẽ ab eo pictã exeuntẽ
Ouidius e mari. Vnde Ouidius in.iii.de arte.

Si Venerem cous nunq̃ pinxisset Apelles:
Mersa sub ęquoreis illa lateret aquis.

Varro Ex ea ĩsula/ut Varro scribit li.ii. de agricultura
Vindemias romã deportabãt. Nã duobus mõ
tibus uina optima ꝑducẽtibus est fertilissima.
Prima in arte lanificii foeminarũ ornamẽtis de

dita claruit. de qua Ouidius de arte: quã amas Ouidius
Siue erit in tyriis/tyrios laudabis amictus.
Siue erit in cois/coa decere puta.
Ea quoq; celebris est Homeri sepulchro/ut Soli Solinus
no placet/quod in Naxo posuit Martialis.

Curetes populi fuerũt ĩ Creta/qui una cum Corybantibus infantẽ Iouẽ aluere. Sunt & alii eiusdẽ noĩs populi ætholis cõuicini/ qui cũ ipsis ętholis bella gessere. Alios tradũt feroces populos in Dalmatia. De quibus Lucanus lib. iiii. Lucanus
Quos alit adriaco tellus circũflua ponto.
Apud istos. M. Antonius fuit a Põpeianis clausus cum magno ipsius discrimine.

Curicta iusula est ĩn mari adriatico/adiacẽs liburnię/ut libr. i. refert Ptolemęus. In qua ciuitates Ptolemęus duæ Phulfinum & Curicum.

D

DATIA prouincia est Europæ: quæ ut scribit Ptolemęus a septẽtrione parte Ptolemęus Salmatiæ a Carpato monte/ a meridie danubio terminaẽ. Plurimis referta est ciuitatibus: Sed earũ insignes/Salinæ/ & Zarmis/ Egethusa Regia. Eam nũc plerique Valachiam magnam esse uoluerunt. Nonnulli tradiderũt Dacos populos Danubio fluuio/siluęq; herciniæ

finitimos olim Vngarię partẽ ĩcoluisse: & post in maritima loca Noruegię ꝓxima cõcessisse.

Dalmatia pars est illyrii/contermina liburniæ uersus occasũ. Gens olim fuit bellicosa/ ut Cicero testatur. In ea Iadera ciuitas/portu ĩsignis/ & rerum opulẽta. Epidaurus nũc Ragusiũ urbs totius dalmatiæ celeberrima/ & alię cõplures.

Dardania regio ẽ phrygię/ quę postea Troia cognoĩata ẽ. Fuit aũt dardania uocitata a Dardano Iouis filio ex Electra: De quo Virgilius vii. Virgilius æneidos.

Dardanus idęas phrygię penetrauit ad urbes.

Drangiana ꝓuincia est in asia maiori: quæ ut refert Prolemęus ab occasu & septentrione Aria & Bagoo mõte terminat̃. Ab oriẽte Arachosia: A meridie parte Gedrosiæ. Cuius ciuitates insignes sunt Prothasia & Ariaspa.

Prolemęus

Decapolis quã nũc pleriq; cęsareã esse dixerũt/ teste Plinio a numero oppidorũ sic cognoĩata ẽ: quas urbes regnorũ instar singulas esse dixit. Est autem pars Iudęæ.

Plinius

Delos ĩsula est in ægęo mari cycladũ clarissima: ĩ qua Apollo & Diana orti sũt. Alii Pyrpilem uocãt: igne ibi primũ repto/ ut Plinius refert. li. iiii Solinus Ortygiã appellauit: in qua primũ uisę sũt coturnices aues: quas ortygias gręci uocãt.

Plinius
Solinus

Eā ante oēs terras radiis solis illuminatā ferūt: cū post primū diluuiū Ogygii tēporibus nouē & āplius mēsibus cōtinua nox diē iumbrasset, sortitaq; ex eo nomē est, φ prima reddita foret uisibus. Inter Ogygium sane & Deucalionem annos. Dcc. fluxisse tradiderūt: Cingitur quinque mil. passuum. Diluuium

D iomedea īsula est in mari Ionio, ut Plinius refert. lib. x. contra Apuliam sita, tumulo ac delubro Diomedis insignis. Diomedeas aues sola nutrit: qbus color cādidus, ignei oculi, ora dētata. Cōgregatę uolitāt. Duces duę sunt quę regunt cursū. Altera agmē anteit: Altera insequitur. Illa ut ductu iter dirigat. Hæc ut urgeat tarditatem. Et ut Solino placet, inter aduenas iudicant. Græcis uelut ciuibus blādius adulātur. Si qs erit alterius gētis inuolāt & īpugnant. Aedē sacrā omni die celebrāt. Alis madefactis excusso humore purificant. Ob hoc credūt Diomedis socios ī aues esse cōuersos. Eā nūc insulam Tremitam appellant. In qua templū spectabile eminet: ubi signis ac beneficiis claret Virgo & genitrix Dei. Et Coenobiū Canonicorū Regularium adiacet tanta rē sacrā deuotione tractantium: & appulsis pietatē succurrētiū: ut nō tam maritimis icolis, q̄ enauigātibus cūctis reueren

Plinius

Aues Diomedis

Prolemęus dum atq; percelebre sit. Ptolemęus uero tabula vi. europæ Diomedeas insulas quinq; esse testa
Strabo tur. Strabo aũt li. vi. duas tantũ posuit. Ex quibus alteram habitatores habere dixit/ reliquã desertã esse: in qua Diomedem disparuisse quidam fabulantur.

Dryopes populi fuerũt iuxta Parnasum montẽ Apollinem maxime uenerãtes. Eos quidã pho
Virgilius censes dixere. Virgilius. iiii. æneí.

Cretesq; dryopesq; fremũt/ pictiq; agathyrsi.

Dryidæ fuerunt gallorum populi/ religioni dediti/ peritissimi ac sapiẽtes/ in siluis habitare soliti: fueruntq; iustissimi oĩum opinione/ ut Stra
Strabo bo refert libro. iiii. Galli. n. dryidas suos appellãt magos idest sapiẽtes. Pleriq; Sẽnotheos ap
Cęsar pellãt idest castos & uenerabiles. De his Cęsar meminit in sexto cõmentariorum

Doria & Dorica pars est Achaiæ/ quæ Athenis propinqua est. Nã pro Achiuis mutato nomine Dori appellati sũt a Dorico/ qui eos exules ĩ patriã restituit. Quidã uero a Doro Neptuni filio eos sic dictos uoluere.

Dromos achilleos insula est in põto: ĩ qua Achil
Achilles lem ferunt/ cũ infesta classe mare ponticũ ingressus fuisset: ludicro certamĩe celebrasse uictoriã. Et cũ ab armis quies erat/ se ac suos cursu exerci

tauisse. Ideo dromos Achilleos dicta est.

Dulichium insula est ante Achaiã posita/in qua regnauit Vlixes. Vnde dulichius dictus est. Vlixes

Ducatus spoletanus/quę apud ãtiquos scriptores Vmbria dicta fuit: regio est Italiæ/cuius fines a fonte Tiberis usque ad Anienis fluuii sinistram ripam/ubi uidelicet Anio Tiberim illabitur. Oritur autem Anio ex trebanorum montibus inter Sabinos & Romanos. Quam gentẽ Plinius scribit/antiquissimam italiæ extitisse: ut quos umbrios a gręcis putent dictos: ꝙ inundatione terrarum hymbribus supfuissent. Eius regionis ciuitates isignes. Spoletum Romana colonia: quæ nunc habet arcem omnium italiæ munitissimam. Nursia urbs uetusta/ornata sũmo uiro. Q. Sertorio/Romanorũ duce pręstantissimo. Reate urbs/quæ Vespasianum genuit & Titum ac Domicianum filios/imperatores Romanos. Meuania oppidum Propertii poetæ patria. Ameria ciuitas uetustissima ante Persicum bellum annis nongentis. LXXIIII. condita: Tifernum ciuitas Vmbriæ/quæ ut quibusdam placet/ciuitas Castelli dicta est. Eugubium ad apenini radices posita. Nuceria uetusti nois ciuitas. Fulgineũ ciuitas/ quæ suffecta fuit Foroflaminii uetustæ urbi a Longobardis

Vmbria

Plinius

Q. Sertorius

Vespasianus

Proptius

propinquo ĩ loco ad annũ. Dccxl. funditus excisę. Fuisse tamẽ legimus alios in libris Fulginates: qui apud Tudertinos habitasse uidentur.

Gentilis — Ornata uero fuit Fulginei ciuitas Gentili medico celeberrimo. Assisia urbs uetustissima, arduo in colle sita: quã Propertius poeta Axim appellat.

S. Frãciscus — Ea ornata fuit Francisco & clara uirtute & sanctitate illustribus. Interãnia ciuitas uetusta, cuius prata quater in anno irrigua secantur.

Martinus tertius — Tudertum ciuitas uetusta, tertio Martino pontifice ciue ornata.

Gattamelata — Narnia ciuitas arduo in colle sita, Gattamelatã genuit clarissimum belli ductorẽ.

Sabina — In ea quoq; regione quondã fuit Sabina oĩum italiæ ciuitas uetustissima. Fuerũt etiã Archades genus a Palanthe profectum.

D uracii populi fuerũt in regno frãcorũ siti. Auernis & Ligeri fluuio propinqui: qui ꝑpetuo in amicitiam manserunt romanorum.

E

e Bissus insula est in mari hiberico: cuius terram serpentes fugiunt.

Põponius — Eam Pomponius Ebuson appellat.

E budes sũt insulę qnq; numero ĩ oceano britãnico, angusto freto diuisę: quarũ ĩcolę ut

Solinus — Solinus refert nesciũt fruges: piscibus tãtũ & lacte uiuũt Rex unus est uniuersis, qui nihil suum habet.

Omnia uniuersorum. Ad ęquitatem certis legibus stringitur: ac ne auaritia diuertat a uero: di scit paupertate iustitiam/ utpote cui nihil sit rei familiaris. Verum alitur e publico. Nulla illi datur foemina propria/ sed p uicissitudines i quã cũq; cõmotus sit/ usurariam sũmit. Vnde ei nec uotum nec spes conceditur liberorum.

E chinades insulę sunt/ ut lib. hist. ii. scribit Herodotus in malico mari ex opposito ad hostium Acheloi fluuii/ uel ut Homero placet/ ex opposito ad Helladẽ. Est aũt malea promontorium laconię/ quod p quinquaginta milia passus in mare protẽditur: ubi unda adeo est sęua/ q per sequi nauigantes appareat. Vnde Statius Thebaidos li. vii. Et raucæ circũsonat ira maleæ. Virgilius. v. ęne. — Heredotus / Homerus / Statius / Virgilius

Ionioq; mari maleęq; sequacibus undis.

Est in eo celebre Apollinis templum constructum a Maleo argiuorum rege: a quo promõtorium nomen sumpsit.

E gyptus prouincia est aphricæ. Est autẽ supior & iferior/ ut scribit Ptolemęus ab Aegypto fratre Danai sic nuncupata. Vt aũt Iosephus refert li. i. antiquitatis iudęorũ: Merseis filius Cham Merseos istituit/ quos nunc Aegyptios uocãt. Hæc prouincia ab oriente rubro mari/ Syriæq; — Ptolemęus / Iosephus

coniungitur. Ab occasu Cyrenem & Aphricę re siduum habet. A meridie uero usque in æthiopiam protenditur. A septentrione mare habet ægyptium. Incipit autem a Syene/in qua fines ęthiopum/;& inde usq; ad mare se protẽdit. In ęgypto nunquã pluere uisum est: sed Nili inundatione foecundatur. Aegyptii bouem mirantur Apim uocant. Eum ut numen colunt. Crocodilus malum quadrupes & in terra & ĩ flumine in ea gignitur/plerunq; ad triginta ulnas magnitudinis. Linguam non habet. Maxillam superiorem mouet. Morsus eius horribilis. Armatus est etiam unguium immanitate. Circũdatur maxime cutis firmitate/ adeo ut ictus quouis tormento adactos tergore repercutiat. Est & Delphinum genus in Nilo/quorum dorsa ferratas habẽt cristas. De arboribus præcipua est ficus/poma nõ ramis tantum gestitans: sed ex caudice quoq;. Septies in anno fructum efficit. Vnde pomum decerpseris/alterũ sine mora protuberat. Palma quoq; ægyptia gustata arcet sitim/ si immatura decerpatur. Si matura summatur sensum intercipit: uitiumq; ebrietatis imitatur. Inter ægyptias urbes prima oĩum est Syene supra Alexãdriam sita uersus meridiem quinq; milibus stadiis/ ut libr. ii. Plinius refert/ sub tro

Crocodilus

Delphines

Ficus

Palma

Syene

Plinius

pico Cancri directe locata. Sole igitur existente in Cācro medio solstitii die/supra uerticem ciuitatis cadēs nullam prorsus in ea umbram facit. Quod Lucanus in. ii. testatur. Lucanus
Vmbras nunquā flectente Syene. Et in octauo.
Nam quis ad exustam cancro torrente syenem Ibit? In ea puteus est mirę altitudinis: quē Sol octauo kalendas iulias recto perlustrat ītuitu.
Sunt Thebæ urbs nobilis: quę/ut Pomponius scribit/cētum portas habet: siue ut alii dicunt/ centum aulas/totidemq; pricipū domos. Hinc regio thebaica. Thebę Pōponius
Abedos & ipsa nobilis/ olim Mēnonis regia. Nunc Osiris fano exculta. Abedos
Alexādriam & operis ipsius magnitudo & auctor Alexander Macedo nobilitant. Alexādria
Cambises Rex ægyptum superans ciuitatem extruxit/cui Babylon nomen dedit: quæ nunc caput regionis existit. Cambises
Aegyptii uetustissimi ut prędicāt hominum/trecētos & triginta reges ante Amasim: & supra tredecim annorū ætates certis annalibus referunt. Mortuos fimo obliti plangūt: nec cremare aut fodere fas putant. Verum arte medicatos intra penetralia collocāt. Forum ac negocia foeminę: uiri pensa ac domus curant.
Labyrinthus ęgypti domos mille & regias duodecim habuit/marmore extructus ac tectus/ unū in se Labyrīthus

descensũ habet: intus pene innumerabiles uias multis ambagibus huc & illuc remeãtibus: sed porticibus sæpe reuocatis ãcipites/quibus sub inde alium super alios orbem agentibus/& tan tum redeũte flexu/quantum ꝓcesserat: magno

Pyramides

& explicabili tamen errore ꝑplexus est. Pyra mides turres sunt in ęgypto ex quadratis lapi dibus admirandę/fastigiatę ultra omnẽ excelsi tatem quæ manu fieri posset. Itaq; mensurã um brarum egressę nullas habent umbras. Ex infe riori parte erant latiores paulatim gracilescẽtes in acuitatem desinebant. Fuerũtq; sub eis reges sepulti. Vnde & sepulchra a nobis uocãtur. Lu canus libro nono.

Non mihi pyramidum tumulis euulsus amasis

Fuit ꝑfecto pyramis admirabilis/quã Chẽnis rex ęgypti struxit ex lapide duro/longe a Nilo stadiis quinq; & quadragita: quæ teste Diodo ro lib. historiarũ. ii. & artificio & operis magni tudine mirabilem stuporem aspicientibus præ bet. Ad quam ędificandã trecenta & sexaginta hominum milia deputata fuerunt/quam uigin ti ferme annis absoluerunt. Et annumerat̃ inter septem pręclarissima opa. Habebat. n. quattuor latera/quorũ quodlibet ab ĩferiori parte iugera septẽ cõtinebat. Altitudo quoq; amplius q̃ sex

iugera tollit latus quodlibet deducta paulatī usq; ad uerticem. Habet Aegyptus Nilū amnē oīum ī mare nostrum decurrentiū insignem ac maximum: qui totā terrā irrigat & foecundat: efficitq; insulam Meroem late patentē: deinde in plures scissus partes efficit formā deltæ/ septēq; in ora se scindens/ singulis tamen grandis in mare euoluit̄. Vnde Virgilius ī.iiii. georg. Nilus Virgilius

Diuersa ruens septem discurrit in ora
Vsq; coloratis amnis deuexus ab indis

idest nigris æthiopibus. In loco uero ubi Nilus efficit formam deltę Ogelous Rex ægypti Memphim cōdidit ambitus stadiorū cētum & quinquagita/ urbē omniū Aegypti præclarissimā/ opportuniori totius eius oræ loco. Quo fit/ ut tanquā in Nili claustro posita aditū præbeat/ prohibeatq; ad superiora loca nauigantibus. Et ad cohibēdam aquarum inundationē/ uersus nothum aggeres ingētes opposuit: et a partibus cæteris undiq; effossus est lacus īgēs ac profundus: qui urbem efficit munitissimā. Vnde & posteri reges fere omnes relictis Thebis/ & regiam & habitationes in ea ędificarūt. Hæc ciuitas & deorum donis/ plurimisq; decorata rebus/ adeo exornat̄/ ut prima apud quosdam/ aut secunda in orbe habeatur. Memphis

Elamitę populi fuerűt in Perside/ab Elam nepote Noe sic cognominati/ut li.i. antiquitatis Iudeorum auctor est Iosephus.

Iosephus

Emathia prouincia est europę quæ postea Macedonia dicta fuit/ut in ea uidebimus.

Emilia siue Flaminia nűc Romădiola/regio ē italię/in qua urbes insignes. Ariminű uetusti claríq; nois/colonia romanorum. Cesena/de qua Plinius uina scribēs Italiæ optima/ cõnumerat cesenaticum. Sassina uetustissima ciuitas/ quæ Plautű comicű ciuē habuit. Rauēna urbs uetusta a Thessalis cõdita quę uiros genuit doctos & celeberrimos. Ioannē.xvii.Pont. Ro. Petrű Rauennatē q multos sacri eloquii codices eloquentissime dilucidauit. Cassiodorű urbis Romæ Senatorē:q præter scripta sęcularibus litteris haudquaq̃ cotēnenda/libros de sacris litteris grauissime ac eruditissime scriptos reliqt.

Ariminum
Cesena
Plinius
Sassina
Plautus
Rauēna
Ioãnes põt.
Petrus rauennas
Cassiodorus

Imola flaminię seu ęmilię ciuitas uetusta a priscis forűcornelii appellata/ post troianæ urbis excidiű/sed incerto auctore/eă initiű habuisse ꝑdiderunt. Fauētia ęmilię urbs insignis haud ꝓcul ab Imola cõstituta/uno eodēq; tēpore cõdită fuisse tradűt quă Totila Gothorű rex pęnitus diruit. Tandē una cű Imola in Măfredorum familiă deuenit: q eă moenibus ualidissi

Imola
Fauētia

mis/aliisq; pulcherrimis ędificiis muniuerunt.
Forũliuii ciuitas uetusta Galli poetæ patria: ac Rainerii iuriscõsulti Bartholi pręceptoris. Bononia urbs uetusta & opulẽta genuit. L. Põponiũ & Ruffum/de quo Martialis. Gallus poeta Bononia Martialis

Fũde tuo lachrymas orbata bononia ruffo:
Et resonet tota planctus in ęmilia.

Ferraria ueteri pado apposita ciuitas nobilissima quæ palatio eximie cõstructo/arce munitissima/foro pulcherrimo/magnificisq; ciuiũ ædibus decoratᷓ. In ea regione tradunt olim fuisse Adriam urbẽ clarissimam/ quæ mari adriatico nomen dedit. Ferraria Adria

Emonia priori sęculo Pirrhea dicta fuit/a Pirrha Deucalionis uxore ut Strabo refert li..viiii. postea æmonia ab Aemone principe: a cuius filio Thessalo thessalia uocata ẽ: quæ sæpe nomẽ a principibus mutauit. In ea sitũ est tẽpe nemus iocundissimũ inter Ossã & Olympũ/qnq; milibus passuũ in lõgitudinẽ tendẽs/ arboribus se in cęlũ tollẽtibus/quę umbrã placidissimã reddunt. Per eius mediũ amnis Peneus a Pindi radicibus ꝓfluẽs iocũdissime discurrit/auiũ concentu & aquarũ sonitu pamoenus. Vnde Ouidius primo metha. Strabo Tẽpe nemus peneus ãnis Ouidius

Est nemus æmoniæ prærupta qđ ũdiq; claudit

Silua: uocãt tẽpe/ p̃ quę peneus ab imo
Effusus pindo spumosis uoluitur undis.

Eningia insula est in oceano septentrionali p̃ma xima/ quam habitari ad uisulã usq; fluuiũ a Sarmatis/ Benedis/ scyris/ hyrris tradũt. Eã Plinius commemorat li.iiii. — Plinius

Eolia regio est asiæ media ĩter Mysiam & ioniã: quæ quondam græcorũ colonia fuit. Aeolios primũ Heliseos dixerunt: quos Helisas nepos Iaphet a se nominauit: qui nunc sunt Aeolii ut Iosephus refert li.i. antiquitatis iudęorum. — Iosephus

Eolię siue Vulcanię insulę sunt in freto Siculo/ ut Solino placet/ Ephistiæ prius dictæ/ ab Aeolo Iouis filio cognoĩatæ. In eis natura soli ignea. Aut.n. mutuantur Etnæ incendia: aut subministrant. Septẽ numero sunt. Liparę a Liparo Rege/ qui eam ante Aeolũ rexit. Altera Hiera/ præcipue Vulcano sacrata/ quæ plurimũ colle emĩ uentissimo nocte ardet. Strongile tertia/ Aeoli domus. Ex cuius fumo incolæ præsentiscũt/ q nam flatus ĩ triduo sunt futuri. Quare Aeolus Rex uentorum creditus est. Cæterę Didymes/ Eriphysa/ Phoenicusa/ Euonymõ/ aliis similes. — Solinus; Aeolus rex uentorũ

Epidaurus ĩsula est ĩ illyrico mari iuxta dalmatiã de qua Lucanus lib.ii. — Lucanus
Illyris ionias uergens epidaurus in undas.

Quę tamē īsula esse desiit/ut scribit Plinius li. ii. Eam nunc esse urbem illā crediderim: quam Ragusium appellāt: auro & argēto ditissimā. Est etiā Epidaurus ciuitas Achaiæ Aesculapii delubro ꝑcelebris. Vnde Romani pestilētia uexati/inspectis libris Sibyllinis sub forma serpētis Aesculapiū uelut fatale remediū ad Vrbem ex Epidauro duxerūt: a qua Aesculapius ipse Epidaurius dictus est. De quo Ouidius li. i. de ponto. Plinius Ouidius

Afferat ipse licet sacras epidaurius herbas
Sanabit nulla uulnera cordis ope.

Epirus ꝓuincia est Europę/quæ aliquando Molossa dicta fuit. Eadem & Chaonia a Chaone fratre Heleni. Hanc pleriq; cognomen accepisse uolunt a Pyrrho Achillis filio ex Deidamia qui fuit rex Epiri. Terminatur āt Epirus a septentrione macedonia. Ab oriente Achaia. Pars occidētalis ionio mari. In ea ciuitates insignes Nicopolis/& Ambracia/ut libr. iiii. refert Ptolemęus. Est & Chaonia/Chomorum/Antigoma Phoenica/& Epidānus/quā nunc Dyrrhachiū appellāt. Leucas ꝓmōtoriū. Amnes clari. Achelous/Acheron. Ibi Tomarus mōs/circa radices nobilis centum fontibus/ut Solino placet. Est fons sacer ī Epiro frigidus ultra omnes aquas Ptolemęus Solinus

in quo si ardentem immergas facẽ, extinguit: si extinctum inflammat.

Dionysius

E rembi populi sunt in extrema parte Arabiæ uersus zephyrum, ut Dionysius refert, Robustissimum quidem hominum genus & agreste, qui montana colentes intra specus & prærupta saxa inhabitant. Nudi prorsus & desiccati nimia uiuendi asperitate, qui nigrum colorem & adustam cutem contraxere.

Dionysius

Hercules

E rythrea insula est in mari gaditano pulcherrima, ut Dionysio placet, armentorum copia refertissima: tãtaq; aeris benignitate prædita, ut homines pariat continentissimę ac pene immortalis uitæ. In ea Gerionem habitasse a quibusdã existimatur: quo deuicto eius armẽta Hercules rapuit. Sunt qui aliam esse, & contra Lusitaniam positam arbitrentur, eodem noĩe dictam.

E sseni populi fuerũt ĩ iudęa uersus occidẽtem: q ut Solinus refert, memorabili disciplina præditi recesserũt a ritu gentiũ uniuersarũ, maiestatis ꝓuidẽtia ad hunc morẽ destinati. Nullę ibi foeminæ. Venere se pęnitus abdicauerũt. Pecuniã nesciũt. Palmis uictitãt. Nemo ibi nascit̃: nõ tamen deficit hominum multitudo. Locus ipse addictus ẽ pudicitię: ad quem plurimi licet undiq; gentiũ ꝓperẽt, nullus admittit̃: nisi quẽ ca

ſtitatis fides & ĩnocẽtiæ meritũ proſequaꝰ. Nã q reus eſt uel leuis culpæ/ quis ſũma ope adipiſci ingreſſũ uelit: diuinitus ſubmoueꝰ. Ita ꝑ immenſũ ſpatiũ ſeculorũ incredibile dictu/ ęterna gens ẽ/ ceſſãtibus puerꝑiis. Engada oppidum infra Eſſenes fuit/ inclytis nemoribus/ luciſq; palmarum inſigne.

Eſſedones populi ſunt ĩ Scythia/ qbus mos ẽ/ ut Põponius refert li.ii. parentũ funera cãtu ꝓſeq & cõgregato familiarium cętu/ corpora ipſa laniata pecorũ uiſceribus ĩmixta epulãdo conſumũt. Oſſa capitũ auro incincta pro poculis gerũt. Hæc ſunt apud eos ultima pietatis officia. Põponius

Ethalia iſula ẽ ĩ liguſtico pelago/ ut li.iii. ſcribit Prolemęus. Eſt ãt populonię oppoſita urbi/ ut Diodorus refert li.vi. diſtat a continẽti ſtadiis ferme cẽtũ: quæ ab Ethalio duce/ q ei præfuit nomẽ ſortita ẽ. In ea effodiũꝰ petrę/ qbus ĩ fornace decoctis ferrũ liquefactum mercatores ad emporia deferũt. Hoc admiratione dignũ hẽt ĩſula/ ut exhauſta effoſſionibus loca/ tẽporibus rurſus repleta cernãꝰ/ ut li.v. Strabo auctor eſt. Ptolemęuſ Diodorus Strabo

Ethiopia ꝓuincia eſt aphricæ ſupra ęgyptum uerſus meridiẽ: quã Aethiops Vulcani filius quĩ æthiopię pręfuit ſic nomĩauit. Aethiopes ſolis calore torrentur/ ut Plinius refert lib.ii. Deniq; Plinius

uim sideris pdit hoīum color. In ea plurimi po
puli/mōstruosę gētium facies. Alię sine naribus
æquali totius corporis planicie/informes hēnt
uultus. Aliis cōcreta ora sūt: modicoq; forami
ne calamis auenarū pastus hauriūt. Nōnulli lin
guis carēt/ sermonis loco nutibus utētes. Dra
conū & serpentū magna copia est: ex quorū ce
rebro gēmæ extrahūt. Hiacinctus & Crisopas
sus ibi repiunt. Cinamū ī ea colligit. Ferarum
quoq; uaria genera/ e qbus Gameleopardus/
collo equino/pedibus bubalinis/capite cameli
no/nitore rutilo/cādidis maculis. Rinoceron:
cui ē color buxeus/ ī naribus cornu unicū. For
micæ ibi ad formam canis maximi/ arenas au
reas pedibus eruētes: quas custodiunt nequis
auferat. Mittit Licaonē lupū ceruice iubatū: &
tot modis uariū/ ut nullum illi colorē dicāt ab
esse. Mittit & Parādrū boū magnitudine/ Illius
Plinius cęli ales ē pegasus/eqno capite ut Plinius refert
li. x. Tragoga quoq; auis maior aquilis/corni
bus arietinis pręferēs armatū caput. Aethiopes
quōdā Chusei uocati sūt a Chuso filio Cham/
Iosephus ut refert Iosephus li. i. antiquitatis Iudęorum.
E tolia regio ē cōtigua Acarnanię: quæ corinthia
co sinu a pelopōneso diuidit: ab Aetolo rege
Martis filio nomē sortita. Cuius p medium ut

Dionysio placet / Achelous amnis flués in Trinacrię usq; fretũ argenteis arenis dilabitur. Dionysius

Euboia insula é pcelebris ĩ mari quod ab illa euboicũ dicit̃: & tã modico spatio a cõtinẽti Boetiæ diuidit̃: q̃ teste Solino dubiũ fuerit / an debuerit inter ĩsulas numerari. Opulentissimę ĩ ea ciuitates Caristos / & Calcis / Eretria / & Amarinthus. Solinus

Europa ẽ tertia pars orbis / ab Europa Agenoris phoenicũ regis filia cognoĩata. Eã Plinius scribit altricẽ fuisse uictoris oĩum gentiũ populi: longeq; terrarũ pulcherrimã: quã pleriq; merito nõ tertiã portionẽ fecere: uerũ æquã ĩ duas partes ab amne Tanai ad Gaditanũ fretũ uniuerso orbe diuiso. Incipit ãt a flumine Tanai & p septẽtrionalẽ oceanũ usq; ad fines hispaniæ ptẽdit̃. Pars oriẽtalis & meridiana a ponto cõsurgẽs / tota mari magno ãbitur usq; ad gades. Plinius

F

f ABaria insula est in oceano germanico a frugis similitudine spõte prouenientis cognoĩata / quę olim Burcana dicebat̃ / ut libro iiii. Plinius auctor est. Plinius

Fanefii populi sũt ĩ oceano septẽtrionali / quorũ nuda corpora teste Plinio li. iiii. pręgrãdes ipsorũ aures tota integũt. Eos Põponius Satmalos Plinius

appellat.

F landria regio ē germaniꝫ ad littora oceani sep tētrionalis posita. Varios habet populos/ qui prisco nomīe Cimbri dicti sūt. Eos a Dacia ue nisse quidā prodiderūt. In ea regione pāni ex lana miro artificio pulcherrime cōficiuntur: in quibus uariæ picturę intextę sunt. Aulea uocā tur: ꝙ primum in aula Attali regis Asiæ inuen

Virgilius ta sunt. Virgilius geor. iii.

Purpurea intexti tollāt aulea britanni.

Aliaq; genera pānorū nō uulgariū flamingi ex lana cōficiūt/ quos ad alias urbes mittunt.

F riges populi sūt græciæ: qui primum Tigranei appellati sunt/ quos Tigran filius Gomer insti

Iosephus tuit/ ut libr. i. antiquitatis iudęorum Iosephus auctor est.

Plinius F ortunatę insulæ/ ut Plinius refert libro vi. nume ro sex positæ sunt in oceano meridionali pro ximæ occasui. In prima earū cui nomē est Om brion/ ędificia non sunt/ nec fuerunt. Ferulę ibi surgunt ad arboris magnitudinem: ex quibus aqua exprimatur/ ex nigris amara: ex cādidio ribus potui iocunda. Iuga montiū stagnis ma descūt. Alteram insulā Iunoniā appellatam fe runt. In ea ædiculā esse tantū lapide extructā. Tertia huic proxima eodem nomine. Deinde

Capraria lacertis grandibus referta. Sequitur Niuaria a perpetua niue nebulosa. Proxima ei Canaria plena canibus ingẽtis magnitudinis. Cum autẽ copia omnes pomorum & auiũ oĩs generis abundent: hanc & palmentis cariotas ferentibus/ac nuce pinea/melle/& piscibus abũdare ꝓdiderunt. Vt uero Põponius scribit lib. ultimo/ abundãt sua sponte genitis beatius q̃ aliæ urbes excultæ. Vna duorum fontiũ maxime insignis. Alterum qui gustauerit/risu soluitur in mortẽ. Remediũ est ex altero bibere. Sũt autem adeo fertiles/ ut gentilium error putauerit ꝓpter soli foecũditatẽ/ easdẽ esse paradisũ. Põponius

F orumiuliũ regio est italię/quæ quondã Iapidia dicebatur. Vnde Virgilius geor.iii.

Castella in tumulis & iapidis arua timaui.

Incipit autem ad Alsæ seu leminis fluuii dexteram/usque ad formionem amnem: qui nũc Tisanus appellatur/inter Muglã & Iustinopolim defluẽtẽ. Vrbes ĩ ea insignes/ Aqleia urbs quõdã eius regionis potentissima: quę genuit hos uiros præstãtes. Sirũ uirũ doctissimũ. Chromatiũ/ ad quẽ gloriosus Hieronymus multa ĩscripsit opa: Et Rufinũ presbyterũ latinis grecisq; litteris eruditissimũ. Vtinũ præstãs ditissimũq; regionis oppidũ. Ciuitas austriæ nũc Ciuidale

Aquileia

Rufinus

appellata. Tergestũ urbs uetusta/romana colo
nia/tertio &.xxx.miliario distãs ab Aquileia.
Amnes clari ĩ ea regione Tiliamẽtũ/Anasũ/ Al
sa/& Natiso. Est ẽt inter Aqleiã & Tergestũ/ut
Põponius Plinius Pomponius & Plinius tradunt/ Timauus flu
uius/qui nouem fontibus surgens/uno ore in
adriaticum mare decurrit.

G

g Ades ĩsula ẽ in fine bethicæ regionis si
ta:ĩ qua Herculis colũnæ uisunt: & ut
Dionysius Dionysius refert/una adhuc cõspicit/quæ tota
ęnea ẽ/tantæq; altitudinis/ut trãscẽdere nubes
uideat. Est ãt a cõtinẽti angusto spatio/& uelu
Põponius ti flumine abscissa/ut li.iii. Pomponius scribit:
qua oceanũ spectat duobus ꝓmõtoriis in altũ
euecta est. In altero cornu eiusdẽ nõis urbẽ hẽt
Hercules ægyptius opulentã:in altero tẽplũ ægyptii Herculis:con
ditoribus/religione/uetustate/opibus illustre.
Ossa eius ibi sita sũt. Tirii a rubro mari ꝓfecti
cõdiderũt. Nascit in ea arbor similis palmæ:cu
ius gũma infectũ uitrũ cerauniũ gẽmã reddit.
In hac Gerionẽ æuũ agitauisse ꝓbat. Pleriq; ue
ro Herculis colũnas esse uoluerũt Abilã & Cal
pem ꝓmontoria/ut supra loco suo uidimus.
Galatia ꝓuincia est asię minoris/a gallis qui eam
occupauerũt nomẽ sortita. Nã galli bithinię re

gi subsidiũ præstantes regnũ cum eo parta uic toria diuiserũt: Sicq; deĩde græcis admixti/ primũ gallogræci: nũc galathę dicuntur. Qui priscis tẽporibus Gomoritæ nũcupati sunt/ a Gomer Iaphet filio ut Iosephus refert libro. i. antiquitatis iudęorum. Galathę Iosephus

Galilea regio est palęstinæ/ sic nuncupata ꝙ candidiores hoĩes gignat/ q̃ palęstina. Est aũt conterminia Syrię/ Arabię/ atq; Aegypto. Terra opima/ & ferax/ & fructibus satis abundans.

Gallia ꝓuincia est europæ a cãdore populi nũcupata. Gala. n. gręce lac dicitur. Nã montes & rigor cæli ab ea parte solis ardorem excludunt. Quo fit/ ut cãdida corpora nõ colorentur. Lõgitudo eius. ccccxx. M. passuũ. Latitudo. ccc. xiii. computaẽ. Gallia oĩs comata/ teste Plinio uno noĩe appellata in tria populorũ genera diuiditur. Belgicã/ Lugdunẽsem/ siue Celticam/ Aqtaniã. Belgica a Scalda amne ad Sequanã. Ab eo fluuio ad garũnam amnẽ Lugdunẽsis. Inde ad Pirenei mõtis excursũ Aqtania. Ptolemęus addit Narbonensem ad mare mediterraneum. Terra est frumenti pręcipue & pabuli ferax/ amoena lucis ĩmanibus/ noxio genere animaliũ minime frequẽs. Fluminibus & fõtibus irrigua. Duobus magnis fluuiis Rheno & Ro Plinius Ptolemęus

dano ĩsignis. Omnia ad usũ animantiũ foetu

Põponius beatissima. Vt aũt Põponius scribit lib.iii. gẽs est superba/ supsticiosa/ aliquãdo ẽt immanis. Habent tamẽ & facũdiam suã/ magistrosq; sa piẽtiæ dryidas: qui terræ mundiq; magnitudĩ nẽ & formã motus cęli & siderũ/ ac qd dii uelĩt scire pfitenť. Gallię ciuitates ĩsignes/ ut li.ii. re

Prolemęus fert Ptolemęus. In Aqtania Burdigala/ Medio lanũ/ Rutenũ. In Lugdunẽsi Rotomagus/ Lug dunũ/ Parisius. In Belgica Gesoriacũ/ Brugis/ Durocotorũ. In Narbonẽsi Massilia/ Narbon/ Viẽna/ Tolosa/ Valentia/ Auenio/ Genebra. In

Q. Fa. M. Narbonẽsi regione Q. Fabius maximus. xxx. uix militũ milibus ducẽta gallorũ milia ad in ternitionẽ dedit: & de lapide cãdido ibidẽ tro phęũ erexit: ac tẽpla duo: Marti qdẽ unũ/ Her culi uero alterũ/ ut lib.iiii. Strabo auctor est. In gallia ẽ Arduẽna silua totius galliæ maxima:

Cæsar quæ auctore Cęsare ĩ.vi cõmentariorũ ab ripis Rheni/ finibusq; treuiorũ ad Neruios ptinet. Milibus ãplius quĩgẽtis ĩ longitudinẽ patet.

Iustinus Gallitia regio ẽ hispaniæ/ quæ ut Iustinus refert lib.xliiii. a Teucro Thelamonis filio & fratre Aiacis/ qui ad ea loca ueniẽs ibi sedes posuit/ nomen sortita est. Regio est cum æris & plũbi uberrima/ tum minio/ auro quoq; ditissima/

adeo ut etiam aratro frequenter glebas aureas excindãt. Huius gentis finibus sacer mons ẽ, quem ferro uiolari nefas habet. Sed si quãdo fulgure terra proscissa est: quæ in his locis assi dua res est, dictũ aurum uelut Dei munus col ligũt. Foeminę res domesticas agrorumq; cul turas administrant: ipsi armis & rapinis ser uiunt.

Gamphasãtes populi sũt libyę, qui nudi degũt: ac externorũ comertia diffugiunt: pręliis absti nent: & ut Pomponius refert, nec uitare sciunt tela, nec iacere. Ideoq; obuios fugiũt. Neq; alio rum q̃ quibus idem ingeniũ est, aut cõgressus aut colloquia patiuntur. Põponius

Gangaridæ populi sunt, teste Curtio, iuxta gan gem fluuium. Vnde sic quoq; cognoĩati sunt, de quibus Virgilius meminit. li. geor. iiii. Curtius Virgilius

In foribus pugnã ex auro solidoq; elephãto
Gangaridũ faciam: uictorisq; arma quirini.

Gangauia insula est maxima ĩ oceano germani co. Sed ut Solinus tradit, nihil in ea magnum præter ipsam. Solinus

Garamantes populi sũt libyę Psiliis contermini a Garamãte apollinis filio sic cognoĩati: q̃ cõsor tia hoĩum diffugiũt, imbelles sũt & iermes, nec priuata matrimonia noscunt, sed uulgo oĩbus

in Venerem licet. Sunt & alii Garamãtes Nilo ꝓximiores: magnus populus & fortis: qui terram nudi arãt. Vnde Lucanus lib. iiii.

Lucanus

Nõ ſuꝑ arantẽ meroem cancriq; ſub axe
Qua nudi garamãtes arant. Garamãtum oppidum eſt Debris: fõte miro / qui ut Solinus ſcribit / alternis uicibus die frigeat: Nocte ferueat: Horũ caput eſt Garamãtia. Eos Cornelius Balbus ſubegit / primuſq; ex iis triũphauit. Armẽta eorũ obliquis ceruicibus pabulant̃. Nam ſi recta ad paſtum ora dirigãt: officiunt prona in humũ cornua & obnixa.

Solinus

Solinus Gauleon inſula eſt teſte Solino / libyæ obiacens: ĩ qua ſerpẽs neq; naſcitur / neq; uiuit ĩuecta: puluiſq; eius quocunq; gentium iactus angues & ſcorpiones perimit.

Gedroſia ꝓuincia eſt aſię maioris: quę ab occaſu Carmania terminat̃ / iuxta deſcriptionẽ Ptolemęi lib. vi. a ſeptẽtrione Drangiana & Arachoſia: ab oriente india: a meridie indico pelago. Cuius celebriores ciuitates / Rhagiana / Coſamba / Phizana / Parſis metropolis / Arbis / Oſcana & aliæ complures.

Ptolemęus

Geloni populi ſunt ĩ Scythia a Gelono Herculis filio cognoĩati / Agathirſis ꝓpĩqui: & ut illi coloribus ſe pingunt. Virg. ii. geor.

Eoasq; domos arabum pictosq; gelonos
Hi discurrentes per deserta Scythiæ/ cũ sitiunt/ equorũ suorũ uenas pfundunt/ ac sãguinẽ potant. De quibus Virgilius. iii. georg. Virgilius
Profuit intensos æstus auertere/ & inter
Ima ferire pedis salientẽ sanguine uenam
Bisaltę quo more solent/ acerq; gelonus.
Cum fugit in rhodopen/ aut in deserta getarũ.
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Ea gens teste Pomponio/ de hostium cutibus equos seq; uelant. Põponius

G lesaria ĩsula ẽ in oceano germanico quæ ut Solinus refert/ cristallum dat & succinũ. Succinũ rapit folia/ trahit paleas/ multisq; medet̃ malis. Vt aũt scribit Plinius li. iiii. Glesariæ sunt insulę sparsę/ quas Electridas græci appellauere/ φ ibi electrum nasceretur. Solinus Plinius

G eorgi populi sunt scythię asiaticæ/ qui colunt exercẽtq; agros. Furari qd sit ignorãt. Ideoq; nec sua custodiunt/ nec aliena contingunt.

G ermania prouincia est europæ/ quę a septẽtrione oceano. A meridie alpibus terminatur. Vbĩ incipit Danubio/ ubi desinit Rheno perfundĩtur. Terra numerosis populis & ĩmanibus frequens. Qui in ea habitant/ teste Põponio ĩmanes sunt animis atq; corporibus. Bellando anĩ Põponius

mos exercent: corpora ad consuetudines labo rũ. Maxime frigora nudi agunt anteq̃ puberes sint. Nãdi illis studiũ est. Bella cũ finitimis ge runt. Causas eorũ ex libidine accersũt: neq; im peritandi prolatandiq; fines: sed ut circa ipsos quæ iacẽt / uasta sint. Ius in uiribus habẽt: adeo ut ne latrocinii q̃dẽ pudeat. Tantũ hospitibus boni: mitesq; supplicibus uictis. Ita asperi incul tiq; / ut cruda etiam carne uescant̃. Terra ipsa multos hẽt fluuios / multos mõtes. Aspera / & magna ex parte siluis ac paludibus ĩuia. Hyrca nias aues gignit / quarũ pẽnæ nocte emicant & interlucẽt. Visontes quoq; feras ultra tauros p̱ nicitate uigentes. Dat cristallũ: dat & succinum gẽmas: & cerauniũ cãdidum: & gallaicũ uiridẽ

Solinus — ut Solinus refert. In germania fons erat aquę

Plinius — dulcis: qua pota / ut Plinius refert / li. xxv. intra biennium dẽtes deciderent: cõpagesq; in geni bus soluerentur. Ei malo repta auxilio est her ba quę uocatur britannica / neruis salutaris. Est aũt duplex germania / supior iuxta oceanũ sep tentrionalem. Vbi est Codanus ingens sinus / magnis paruisq; insulis refertus. Et Acie mare quod gremio littorum accipitur. Inferior / iux

Hercynia silua — ta Rhenũ sita est. In ea est hercynia silua totius germanię maxima: cuius latitudo / uti Cęsar in

vi. cōmentariorum ſcribit/ nouē dierū iter expedito patet. Lōgitudo dierum amplius. xl. Oritur ab Heluetiorū & Nemetū & Tauriacorū finibus: & uſq; ad fines Dacorū & Anartiū ſe ꝑtendit. Multa ĩ ea genera ferarū. Ex qbus ē bos cerui figura: cui unū cornu excelſū exiſtit cū ramis ĩ ſumma ſicut palmę. Sūt Alces cōſimiles capris: qbus uarietas pelliū: ſed magnitudine capras antecellūt. Crura ſine nodis: quę ſi quo conciderint caſu/ erigere ſeſe ac ſubleuare non poſſunt. Sunt & Vri/ magnitudine paulo intra elephātos/ figura tauri/ quibus magna uis/ magnaq; uelocitas. Neq; hoībuſ neq; feris parcūt. Impiū Romanorū ĩ germaniā trāſlatū eſt āno ſalutis. CCCCCCCCCLV. Quo tēpre a romanæ eccleſiæ patribus urbiſq; principibus Otto germanorum Rex euocatus/ ut corruptos Ioānis Pontificis . xii. mores emendaret. Nam in omnem luxuriam diſſolutus erat. In qua urbe āpliſſimis honoribus coronā ſuſcepit. Et fuit primus Germanorū qui imperiales titulos rite ſuſciperet. Quod poſtea uſq; ĩpræſēs tempus obſeruatū eſt. Germaniæ celebriores ciuitates ſunt Amaſia/ Lupte/ Eburodanum/ ut libro. ii. ſcribit Ptolemęus. Sūt & Naualia/ Mediolanū/ Colancorū/ Tuderiū/ Amiſia/ & cōplures alię.

Alces

Vri

Otto primus ĩpator

Ptolemęus

Circa Rhenũ incolũt Busactori/ Sicambri/ Longobardi/ Vargiones. Supra dorsum Cimbricæ Chersonesi. Saxones maxime septentrionales Cimbri. Interiora tenent Sueui/ Angili. Plinius uero lib.iiii. genera germanorũ quinq; esse uoluit. Vindelici/ quorũ pars burgundiones/ Varinę/ Charini/ Guttones. Alterũ genus Ingeuones: quorũ pars Cimbri/ Teutoni a chaucorum gente. proximi aũt Rheno Isteuones: quorum pars Cimbri mediterranei: Hermiones: quorũ Sueui/ Hermunduri/ Chatti/ Cherusci. Quinta pars Peucini/ Basternę cõtermini Dacis.

Plinius

Gręcia hellas prius dicta prouincia est europę a rege Græco nomine/ ut Plinius refert li.iiii. sic cognominata. Quæ ab Isthmi angustiis ĩcipit/ & a septẽtrione in meridiẽ uecta/ qua sol oritur ægęis: qua occidit ioniis fluctibus obiacet. In ea prima Attica/ antiquitus Atte uocata: ĩ Eleusis Cereri cõsecrata/ ut Pomponio placet. Est & urbs Athenarũ/ mater liberaliũ artiũ/ qua nihil habuit græcia clarius. In ea Marathonii campi/ cruentissimo quondã Persarũ prelio insignes.

Plinius

Põponius

Thebæ

Fuerunt & Thebæ Boetiæ non cedentes Athenis claritate duorũ numinũ/ Liberi atq; Herculis patria. Est citherõ mõs fabulis carminibusq; celeberrimus. Ibi Phocis: ĩ qua Delphi ciuitas/

& mõs Parnasus / & Apollinis fanũ atq; oraculũ. Ibi Hellenes / quos Homerus tribus noĩbus appellauit: Myrmidonas / & Hellenes / & Achęos. Erithonius primus quadrigã iũxit ĩ gręcia / ut Eusebio placet. Laterarias ac domos constituerũt primi Eurialos ac Hypbios fratres Athenis / ut libro. vii. Plinius refert. Antea. n. specus erãt pro domibus. Laudatus etiã Athenis Philon fuit / armamẽtario mille nauiũ fabricato. Homerus Eusebius Plinius Armamẽtarium

G etæ populi sũt thracię ĩmanes & feroces. De q bus Ouidius de ponto. Nulla getis toto gens est truculẽtior orbe. Apianus uero insignis historicus getas dixit / quos Dacos uocant: Alii gothos: alii Mysios esse uoluerũt a Lucullo superatos. Ouidius Aprianus

G etulia regio ẽ in aphrica uersus æthiopes: quæ ab oriẽte mõtuosa ẽ: & elephãtes gignit / ut Iuuenalis refert. Cum getula ducẽ portaret belua luscũ. Littora getulię purpura & murice foecũda sũt. Getulis primũ origo fuit Eiulas nepos Cham: quì a se Eiuleos noĩauit / q nũc getuli dicũť / ut li. i. ãtiqtatis iudęorũ auctor ẽ Iosephus. Iuuenalis Iosephus

G yarus insula ẽ parua / & una ex cycladibus / Myconę pxima: ad quas noxii Romani dãnabãť. Vnde Iuuenalis. Aude aliqd breuibus gyaris & carcere dignum / Si uis esse aliquid. Iuuenalis

Gymnesia & Aphrosiades insulę sūt ī mari hibe rico: quas baleares uocant. Eas uulgus Maiori cam & Minoricam appellat.

Gynosophistę fuerūt indorum philosophi & sa piētes. Alii dixerūt caldęorum: quos dryidas Laertius appellauit. Qui obscure & p sētētias philosophātur: dicebāt colēdos esse deos: nil mali agendū: & mortē contēni opportere. Hi arenis feruētibus per totā diē alternis pedibus īsistentes/orbē solis firmis oculis cōtuētur: ut

Plinius — Plinius refert lib. vii. in ipso globo sideris quę dam secreta rimātes. Eos tradūt cōtēpta fallaci sęculi uanitate/in tuguriis ac spelūcis degere: nulli nocere: nec cōtra quēpiam arma sūmere.

Alexander — Ad eos tradūt Alexādrū macedonē accessisse: illisq; dixisse. Petite qđcunq; uultis. At illi. Da nobis īmortalitatē/ quā pręcæteris semp opta mus. Quibus ille ait. Cū sim mortalis/ īmorta litatē nemini præstare possum. Si ergo inquiūt mortalem te esse cognoscis/cur nō cōtētus pa triis sedibus/oībus infestus totū orbem subii cere conaris

Gorgones insulę sūt in oceano ęthiopico/cōtra mōtem atlantē/bidui nauigatione distantes a

Pōponius Solinus — cōtinenti in quibus hirta sūt foeminarū corpo ra/aliti pernicitate. Eas Pomponius & Solinus

Gorgades uocāt obuersasq; dicunt promōto rio: cui hesperuceras nomen est. In eis Medusa cum sororibus Euryale: Sthenione & Scylla re gnauit. Fuerūt autem filię Phorci regis eximię pulchritudinis. Eas aspicientes in lapides uerte bantur ob stuporē admirādæ pulchritudinis. Sed Medusā dormiētē tradūt a Perseo Iouis & Danes filio / accepto ense & tallaribus Mercurii & scuto Palladis christallino: per quod illam īpune aspicere posset: uno ualidissimo ictu pe remptā: ex cuius sanguine mox fingit̃ natus Pegasus allatus equus / qui īde usq; ad helico nem collē puolans / & pede humū fodiēs / Helī conem seu pegaseū fontē eduxit / musis sacrū. Quod ideo factū putāt / quia Perseus sāguine hoc est diuitiis Medusę præclara multa pegit. Nam Atlātem mauritanię regem & Aphricā to tā subegit: gręciamq; expugnauit. Finxerūt ēt Poetæ ipsas sorores unicū tātū habuisse oculū quo singulę plibito utebant̃ / hoc est sapientē quendā habuisse putant / cuius consilio omnia regebantur. Medusa Perseus Helicon

Gotthia regio ē Europę / Dacię & Noruegię con termina. Diuidit̃ aūt īduo regna. Gētes imma nes & ferocissimę / qui olī cū Romanis grauia bella gesserūt / ac totā italiā armis subegerunt / ipsāq; urbē Romā prædæ datam incenderūt.

h Austisus est pmontoriū Cimbrorū excurrens in mare/efficitq; peninsulam uiginti tria milia passuum.

H edui populi sūt finitimi Auernis/biturigibus/sequanis/ac sebusianis/īter celtas/īter burgundos nūc noīati. Nec aliquos fines habent citra Ararim flumē: q nūc Sagona appellaē. Hi trans Ararim domicilia tenent: primiq; eius regionis homines in Romanorū amicitiā societatēq; uenerūt/ut li.iiii. Strabo auctor est.

Strabo

H eluetii populi sūt inter celtas/ bonitatē agri habētes/finitimi Cōstāciēsibus/basiliēsibus/gebenēsibus/& bisontinis. Viri fortissimi: quos Cæsar apud Rhodanū prelio supauit.

Cæsar

H ellas regio ē/quæ & Achaia dicitē/ut placet Ptolemęo/a nostris græcia appellata a Greco rege q primus ī illa regnauit. A cuius filia uocata ē Attis. Deinde ab Hellene Deucalionis & Pyrrhę filio dicta fuit hellas. Sed nos antiquū nomē seruamus/& gręciā dicimus. Incipit autē ab isthmo corinthio siue strictura peloponesi/ & ad littora ægęi maris porrecta/usq; in Macedoniā & Thessaliā/quā cū omni Boetia intra suū nomē includit: extēditur. In hac regione urbs Athenarū fuit/nec indiga ullius preconii/ tāta claritas supfuit. Ab ea.x.milibus passuū distat

Ptolemęus

Athenę

Marathō ciuitas/cuius cāpi cruētissimo prælio memorādi sūt. Nā cētū milia peditū & decē milia eqtū Darii regis ꝑsarū ab āthenięsibus duce Mylciade solū cū decē milibus armatis ipsius ducis cōsilio & idustria ꝓfligati sunt. Nec lōge ab Athenis Argos oppidū a Bacho cōditū. Cęterū ab Atti ipsa regio attica dicta est. Et ab Hellene qui teste Solino ī Thessalia natus est/ ipsi gręci hellenes dicti sunt. Cāpi Marathonii Solinus

Helene īsula ē in mari ægęo/ut Pōponius refert/ nota stupro helenæ. Pōponius

Hemodes sūt īsulæ septē ī oceano germanico/teste Pōponio cōtra germaniā uectæ/ in illo sinu quē Codanū dicūt. Ex his Codanonia/quæ & magnitudine & copia rerū cæteras antecellit.

Hesperia ꝓuīcia ē in europa ab hespero Atlantis fratre dicta/quæ nunc hispania uocat̃. Quin & ab eodē italiā hesperiā fuisse antiqtus noīatā/ graii auctores attestāt̃. Vnde Virgilius. i. ænei. Est locus hesperiam graii cognoīe dicunt. Vel ut Macrobio placet ab hespero stella ꝙ occasui subiecta sit: hesperia dicta est. Virgilius Macrobius

Hesperides insulæ sūt in oceano æthiopico. Fuerūt & hesperi fratris Atlātis filię/hesperides uocatę: quas poetæ finxerūt amęnissimum uiridariū cū insōni dracone custodire· ī quo erāt arbores aurea mala tenētes. Sed tandē Hercules ab

Lucanus
Solinus
Ouidius
Lucanus

Eurystheo Mycenarum rege missus occiso dra cone aurea mala tulit. Vnde Lucanus. li. viiii.
Abstulit arboribus preciū: nemoriq; laborem
Alcides: passusq; inopes sine pondere ramos
Retulit argolico fulgētia poma tyrāno. Sane de horto & dracone puigili ratio hęc est: ut Solinus scribit. Fuerūt. n. īsulę/ quę maris flexuoso meatu/ pcul uisētibus tortuosū āguē mētiebāt. Sed pręter arbores oleastris similes & harā sacrā Herculi: nihil aliud pręferūt qd̄ ppaget uetustatis memoriā. Vt plerisq; placet: ouiū greges ibidē fuere: quæ purpureā lanā pducentes ab hercule raptę tradūt. De quo Oui. meth. iiii
Mille greges illi/ totidēq; armēta per herbas
Errabant/ & humū uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante micantes.
Ex auro ramos/ ex auro poma tegebant.

Himatopodes populi sūt libyę/ q teste Solino/ flexis nisibus crurū repūt potius q̄ icedūt/ et pgendi usū lapsu magis destināt quā ingressu.

Hyrcania puīcia est in asia/ dicta a silua hyrcana quæ Scythiæ subiacet/ habet ab oriēte mare caspiū/ a meridie Armeniā/ a septētrione Albaniā ab occasu Iberiā. Est aūt siluis aspera et niuibus copiosa. Vnde Luc. lib. iiii. Tinxere sagittas
Errantes scythiæ populi quos gurgite batros.
Includit gelido/ uastisq; hyrcania siluis.

Ea regio ut. Q. Curtius scribit: pantheris & par dis abundat: sed maxime tigribus. Quod Lucanus testatur libro primo. Q. Curtius Lucanus

Vtq; fere tigres nunquã posuere furorem
Quas nemore hyrcano matrum dum lustra sequũtur. Et Virgilius.
Altus cæsorũ pauit cruor armentorum.
Hyrcanæq; admorũt ubera tigres. Virgilius

H ispania prouĩcia est Europę: quę a mõtibus pyreneis ĩcipiẽs / ut scribit Apianus clarissimus historicus / & ꝑ colũnas Herculis circuiẽs usq; in borealẽ oceanũ ꝓtẽdiť. Cuius magnitudo multa est & ĩcredibilis. Nã decẽ milibus stadiis latitudo comẽsurať. Lõgitudo eadẽ esse uidetur. Quã gẽtes quoq; diuersę ĩhabitãt. Quin & fluuios plures nauigabiles cõtinet. Terra est fęlix & optimarũ rerũ fertilis. Hec ille. Est ãt a septẽtrione pyreneis mõtibus clausa / reliqs partibus ũdiq; mari cõclusa. Pyreneus mõs a crebris ignium fulminibus cognomĩatus a tyrrheno ĩcipit mari / & ĩ oceanũ boreale ꝓtẽdiť / habet ex oriẽtali ꝑ celtas gallię populos / ex occidẽtali iberos. Interfluunt eam flumina magna / Bethys / Mineus / Iberus / & Tagus aurũ trahẽs / ut ĩ asia Pactolus & Hermus. Habet regioẽs sex / tarraconẽsẽ / carthaginẽsẽ. Lusitaniã / Gallitiã / Bethicã & Celtiberiã. Hec eadẽ prius hiberia ab hibero Apianus Pyreneus mons Bethys Mineus Iberus Tagus

amne cognoīata fuit: postea ab Hespero fratre Atlātis hesperia. Postremo ab Hispali urbe Hispania nūcupat̃. Sed duę ab historicis hispanię describũt̃/ Citerior quæ ē ī septētrionali plaga/ & a pyreneis mōtibus usq; ad Carthaginē porrigit̃. Vlterior/ quę ī meridie a celtiberis usq; ad gaditanū fretū extēdit̃. Est aũt hæc ꝓuincia/ ut

Pōponius — Pōponius scribit: uiris/ equis/ ferro/ plūbo/ ære

Jn Tarraconensi — argēto/ auroq; abũdās & fertilis. In tarraconēsi regione urbes clarissimę fuerũt Pallantia & Numātia: nũc ē Cęsarea augusta. Sũt & alię urbes īsignes/ ut Ptolemęus refert/ li. ii. Asturica/ Augusta/ Cluma/ Toletũ/ Valētia romana colonia quę mediť̃raneo mari adiacēt/ Carthago noua/ Tarracō/ Barcinō romana colonia/ & Saguntũ. Populi celebriores: Vascones/ Cātabri/ Celtiberi. In ea quoq; ē regnũ nauariæ uersus septētrionē. Nā uersus oriētē est regnũ Tarraconiæ & ca

Jn lusitania — telonię. In lusitania uero/ quę oceano occidētali alluit̃: est ciuitas Emerita & regnũ portugal

Jn Bethyca — liæ. In bethyca quæ mediterraneo mari adiacet

Auicena — sunt ciuitates Astagi: hispal/ quæ Auicenā me

Seneca — dicũ celeberrimũ genuit. Et corduba Senecę & Lucani poetę patria. Et regnum Granatæ. Hęc

Solinus — terrarum plaga: ut Solino placet/ est optimis comparanda: nullis posthabenda frugum copia/ ubere soli/ uinearum & arborum prouentu

Omnium materia affluit/quæcunq; aut pretio cara est/aut usu necessaria. Argentũ habet & aurum. Ferro nun q̃ deficit: nec cedit uitibus: uincit oleas: uiget pabulis. Rudentũ materiẽ nauticis subministrat. Ibi nõ coquũt sales/ sed effodiunt. Tagum flumẽ ob arenas auriferas cæteris amnibus pręferũt. In ꝓximis Olisponis oppidi equę lasciuiunt mira foecũditate: Nam spirante fauonio/uento cõcipiunt. Carthaginem apud hiberos poeni cõdiderũt. Tarraconẽ Sciopiones/quæ caput est ꝓuincię tarraconẽsis. Lusitanum littus pollet gẽma ceraunio/ quod indicis pręferunt. Aduersus uim fulgurũ creditũ opitulari. Hæc Solinus. Hispani primũ Iobeli dicti sunt/ut libr. i. antiquitatis iudęorum Iosephus auctor est. Quos Iobel filius Iaphet cõdidit. Qui nostris tẽporibus hiberes qui & hispani: A quibus postea celtiberi nũcupati sunt.

Tagus flu.

Iosephus

H yperborei motes & populi sunt scythiæ super aquilonẽ ripheosq; mõtes/ sub ipso siderũ cardine cõstituti/quasi ultra boreã positi. Vbi sol non quotidie ut nobis: sed primũ uerno ęquinoctio exortus/autũnali demum occidit/ut li. iii. Põponius scribit. Et ideo apud illos sex mẽsibus dies/& totidem aliis nox usq; continua ẽ. Terra aprica/per se fertilis. Cultores iustissi

Põponius

mi: & diutius q̃ ulli mortaliũ & beatius uiuũt. Semper lęti. Non bella nouere nõ iurgia. Habitant lucos siluasq;. Et ubi eos uiuẽdi satietas / magisq; tedium capit: hilares redimiti sertis / se metipsi in pelagus ex certa rupe pręcipiti dãt. Id eis funus eximium est.

Solinus
Hippopodes populi sunt ĩ oceano scythico: qui teste Solino / humanã usq; ad uestigiũ formam tenẽt. Sed ĩ eqnos pedes desinũt. De qbus idẽ

Plinius
tradit Plinius li. iiii.

Plinius
Honomadũ gens ẽ in asia minori ut lib. v. Plinius refert. Quorũ oppidũ Homana. Castella xliiii. inter asperas cõualles latent.

Huni populi sunt / qui quondã in scythia europę sup meotida paludẽ incoluere. Deĩde mutatis sedibus ingẽti multitudine pfecti in pãnoniã deuenere: eãq; sibi puĩciã ĩ domiciliũ elegerũt.

I

i Abadium insula est ĩ mari indico cuius metropolis est Argẽtea urbs. Est. n. insula feracissma: quæ auri multũ generat /

Prolemęus
ut lib. vii. auctor est Prolemęus.

Iapidia nunc Forũiulium regio ẽ italiæ a Iapide ætholi filio / q ad eas oras deueniẽs oppidũ de suo noĩe cõdidit. A quo ea pars ubi fluuius est

Virgilius
Timauus iapidia cognominata fuit. Vnde Vir

gilius.li.georg.iii.
Castella in tumulis & iapidis arua timaui.
Iapygia regio ē italiæ/quæ nūc Apulia dicit̄ a Ia pyge Dedali filio cognoīata/ut Herodoto pla cet. De quo Virgilius li.xi.æneī. Herodotus
Victor gargani condebat iapygis agris. Virgilius
Vnde Seruius sup dicto libr. iapygiā partē esse apuliæ dixit: ī qua est mōs garganus. q usq; in adriaticum tendit̄ pelagus. Lucanus. Seruius Lucanus
Appulus adriacas exit garganus in undas.
Regio ē populosa/ciuitatibus nobilissimis īcly ta/castris & oppidis pręmunita/ frumēto uino & oleo/ diuersi generis fructibus fertilis & foe cūda. Hic bellatores eq̄ pueniūt. Eius metropo lis ē Brūdusiū: quā ætholi Diomedē secuti cō diderūt. In portu brūdusii teste Plinio li.ii.fōs īcorruptus pręstat aquas nauigātibus. Hæc re gio auctore Strabone li.vi. aliquando copiosa mortaliū multitudine floruit: & tredecī urbes habuit. Nūc āt excepto Tarento atq; Brūdusio cętera exigua sūt oppidula. E Brūdusio āt Ta rētū uia expedito uiatori uno nauata die/cher roneso perquāsimilis est. Eā regionē & Messa piam & Iapygiam & calabryam & Salentinam complures communi appellatione nuncupāt. Brundusii uero portus sua excellentia cęteros Plinius Strabo

præstat. Multi. n. ore uno portus includuntur.

I aziges methanastę populi sunt ĩ europa: qui ut scribit Ptolemęus li. iii. ab oriẽte habẽt Daciã: ab occasu & austro germanię partẽ: a septẽtrione Sarmathiã europę. In ea ꝓuincia octo urbes

Ptolemęus tantũ posuit Ptolemęus, uidelicet. Vscenium, Bormanũ, Abinta, Trissum, Parca, Candanum Passium, Partiscum.

I beria prouincia est asiæ hyrcano mari proxima

Virgilius & albaniæ. Virgilius lib. viiii.

Pictus acu clamidẽ & ferugine clarus ibera:

Dionysius Vt autẽ scribit Dionysius, Iberes populi quondam a pyreneis mõtibus ꝓfecti, ĩ asia sedes posuere. Vnde ea pars asiæ Iberia nũcupatur. Homines bellicosissimi, & uicinis hyrcanis ĩfestissimi: Cũ quibus atrocissima bella gesserunt. Ciuitates & uillę huius regionis, ut libr. v. refert

Ptolemęus Ptolemęus, Agina, Vasanda, Varica, Sura, Armatica. Est & Pharmasus oppidũ iuxta flumẽ

Plinius Neoris, ut Plinius refert lib. vi. In ea sunt Acroceraunia montes excelsi: qui Iberiam ab Armenia disterminant: & a portis caspiis initium deducentes usq; ad fontem tigridis protẽdunt̃. Quæ & ceraunia uocitantur: a crebris fulminĩ

Virgilius bus sic dicta. Vnde Virgilius georg. primo. cũ de Ioue loquitur.

Aut athõ/aut rhodopẽ/aut alta ceraunia telo
Deiicit. Sunt & Ceraunia altissimi mõtes Epirĩ
de quibus Virgilius.iiii.æneí. Virgilius
Prouehimur pelago uicina ceraunia iuxta.
Vnde iter italiã: cursusq; breuissimus undis

I bernia insula est in oceano septẽtrionali uersus occasũ proxima britãnię: spatio terrarũ britannia ãgustior: sed situ foecũdior: ut Isidorus refert. Hęc ab aphrico in boreã porrigitur: cuius partes priores hiberiã prospectãt: unde & Ibernia dicta. Gẽtes habet ferocissimas & bello aptissimas: ut Dionysius refert/quę cum pulchro sint corpore & elato/mẽbrisq; robustissimis ac colore cãdido/ĩgenio quoq; & facilitate lĩguę plurimũ pręstãt. Equos parit qui a natura sua uissimo incessu & modulatione quadã ueluti more regio deãbulare uidentur. Ibi nullus anguis/auis rara/apis nulla/adeo ut ad uectos inde puluerẽs siquis inter aluearia sparserit/examina fauos deserant.

Isidorus

Dionysius

I caria insula est ĩter sardũ & siculũ mare/ab Icaro Dedali filio/ qui cũ patre e Creta fugiẽs/ alarũ fiducia fretus/ ultra parentis iussa altius euolauit/& solis ardore cęra qua pẽnę cõtinebantur liquefacta/in eũ locũ decidit/qđ de suo nomĩe Icareũ mare dictũ est/de quo Oui. de tristibus Ouidius

Icarus immēsas nominē fecit aquas.

Sed iuxta historiæ ueritatē Dędalus athenien

Plinius sis artis fabricę pitissimus/qui teste Plinio lib. vii. in ea arte primus serrā/asciā/ppendiculū & terebrā adinuenit: & in nauigādo malū & antē nam. Cū accusaret̃ interemisse sororis filiū: metuēs futurum iudiciū/naui fugit in Cretam ad Minoem Regē. Et propter inuestigabilē fugā/ aduolasse pēnis existimatus est.

I dumea regio est in Syria/quę a meridie cōtermina est Arabię. A septentrione uero phoenicię a qua Libanus eā diuidit/habetq; ciuitatem Idumen/palmis abundantē. Vnde Lucanus l. iii.

Lucanus Et arbusto palmarum diues Idume.

Virgilius Virgilius in. iii. georg.

Primus idumeas referā tibi mātua palmas.

In ea sunt ciuitates Berzamina/ Caparosa/Elu

Prolemęus sa/& Mapsa/ut li. v. scribit Ptolemęus.

I lba seu Ilua insula est in mari Tusco a continenti distans. x. milibus passuum/generosa metal

Plinius lis. De qua Plinius refert hoc esse mirum: q̃ in aliis regionibus effossis metallis terræ sunt uacuę. Apud Ilbam sublata renascuntur/& rursū de iisdem locis effodiuntur. De qua Virgilius libro decimo.

Insula inexaustis calybū generosa metallis

I llyris seu illyricum prouincia est Europæ/cuius fines latissimi sũt. A septẽtrionali plaga utraq; pannonia terminatur. Ab occasu istria. Ab ortu mysia. A meridie habet partem Macedoniæ & mare adriaticum. In ea ut Plinius refert libro iii. populorum pauca effatu digna aut fęlicia nomina. Illyrici latitudo qua maxima est. ccc. xxv. milia passuum colligit. Lõgitudo a flumĩne Arsia ad flumen Drinium. dccc. M. pass. Illyrici ora multis ĩsulis frequentatur/ Mare uadosum/ & sinibus plenum. Vnde Virgilius Plinius

Antenor potuit mediis elapsus achiuis
Illyricos penetrare sinus.

Eius ciuitates insignes sunt/ Aluona/ Flauona/ Enona/ Iadera colonia/ Scardona/ Salona/ Epidaurus/ nũc Ragusium/ Aruccia/ Saluia/ Sidrona/ Blanona/ & complures alię/ ut libr. ii. refert Ptolemęus. Ptolemęus

I narime insula ẽ in mari tusco/ sinuq; cãpano: in qua mõs erat instar ętnę incẽdia eructãs. Quã ob rem dixerũt Typhoeũ gigantẽ Iouis imperio sub illo cõprimi. Virgilius. viiii. ęnei. Virgilius

Tum sonitu ꝓclyta alta tremit/ durũq; cubile
Inarime Iouis imperiis imposta Typhoeo.

Plinius ãt scribit/ ꝙ Inarime mõs fuit qui terre motũ passus alterã fudit insulã/ quæ ꝓclyta ab Plinius

effusione dicta ē/sita ī mari tusco. De Typheo diuersa poetæ senserūt. Nam Virgilius scribit/ a Ioue fulmine ictū/ & sub Inarime insula positum. Quod & Lucanus li.iiii. sentire uidetur.

Lucanus

Conditus inarimes ęterna molle typhoeus.

Ouidius

Naso uero libro.v.metha. sub trinacria positū Typhoeum scribit.

Vasta giganteis iniecta est insula membris.
Trinacris: & magnis subiectū mollibus urget.
Aethereas ausum sperare typhoea sedes.
Nititur ille quidem: pugnatq; resurgere sępe.
Dextra sed ausonio manus ē subiecta peloro
Leua pachine tibi: lilybeo crura premuntur.
Degrauat ætna caput: sub q̄ resupius harenas
Eiectat: flāmamq; fero uomit ore typhoeus.

INdia ꝓuincia est asię maioris in oriēte sita: quæ ab ido flumine nomē assūpsit. Terra fertilis & uario genere hoīum referta: quę teste Pompo nio/ tantū spatiū littoris occupat/ quantū p sexagita dies noctesq; uelificātibus cursus est. Tā pīguis alicubi & tā feracis soli/ ut mella frōdibus defluāt/ lanas siluę ferāt. Arūdinū singula īter nodia ueluti nauitas binos & ternos uehant. Alit formicas ad magnitudinē canū quę more griphorū aurū custodiūt cū sūma pnicie attigētiū. Magnos gignit elephātes/ īmanesq;

Pōponius

ſerpẽtes. Vrbiũ Nyſſa eſt clariſſima & maxima. Montiũ Meros Ioui ſacer. Amniũ ganges & indus / qui ſolus poſt Nilũ crocodilos producit. Hec Põponius Gãgẽ naſci dixerũt in ſcythicis mõtibus: influere in eum. xix. amnes. Indus in iugo caucaſi mõtis quod uocat̃ paropanyſus aduerſus ſolis ortũ effuſus: & ipſe undeuiginti recipit amnes. ut li. vi. Plinius refert. Iuxta indum fluuiũ / ut Plinius refert li. ii. duo ſũt montes. Alteri natura eſt / ut ferrũ omne teneat: alteri ut reſpuat. Eſt autẽ fauonii ſpiritu ſaluberrima ut Solinus tradit: bis ĩ ãno ęſtatẽ habet: biſ legit fruges. Tradũt in ea fuiſſe qnq; milia oppidorũ. Diu ẽt credita ẽ tertia pars eſſe terrarũ. Hipanis ibi nobiliſſimus fluuius: q Alexãdri magni iter terminauit. Minima gãgis latitudo ꝑ octo milia paſſuũ: maxima p. xx. patet. Altitudo ubi uadoſiſſimus ẽ / mẽſurã cẽtũ pedũ deuorat. Gĩgaridę extimus eſt ĩdię populus. Cuius rex equites mille / elephãtos ſeptĩgẽtos / peditũ ſexagĩta milia in paratu belli hẽt. Indorũ quidã agros exercẽt / militiam plurimi / merces alii / optimi ditiſſimiq; Rẽ pu. curãt / reddũt iudicia / aſſidẽt regibus. In gãge ĩſula ẽ ãpliſſima cõtinẽs gẽtẽ / quorũ rex peditũ qnquagĩta milia / equitũ quatuor milia ĩ armis habet. Parſia

Põponius

Plinius

Solinus

Plinius gens ualidissima/quos palybotros uocant/ut Plinius refert li vi. Horũ rex sexcẽta milia pedi tũ equitũ trigĩta milia/elephãtos noue milia oĩ bus diebus ad stipẽdiũ uocat. Pãdea gẽs afoe

Mirabiles gentium figurę minis regit̃. Ad mõtem qui nilo dicit̃/teste So lino habitãt/quibus auersę plãtæ sũt/& octoni digiti in plãtis singulis. Per diuersos indię mõ tes sunt nationes capitibus caninis/armatę un guibus/ad sermonẽ humanum nulla uoce/sed latratibus tantũ sonãtes. Apud Clesiã legitur/ quasdã foeminas ibi semel parere/natosq; ca nos illico fieri. Esse rursũ gentẽ alterã/quę in iu uẽta sit cana/nigrescat i senectute: quibus uita ultra æuũ nostri temporis. Monoculos quoq; ibi nasci tradũt/singulis cruribus & singulari pnicitate/q a calore se defẽdũt plãtarũ magni tudine. Gangis fõtẽ qui accolũt/odore uiuũt pomorũ siluestriũ/lõgiusq; pgentibus eadẽ in pręsidiũ gerũt. Sunt q ceruicibus carẽt/& in hu meris habẽt oculos. Sunt q siluestres hirti cor pora/caninis dẽtibus/stridore terrifico. Sunt q multas ducãt uxores/ &cũ maritus decesserit/ quæ officiosior cæteris iudicata fuerit/ rogum ascendit coniugis/ & semet ipsam supremis

Mirabiles bestiæ eius dat inferias. Sunt illic multæ & mirabiles bestiæ/ quarum Leucotrota uelocitate præce

dit feras uniuersas / ipsa asini fere magnitudine / quæ uoce loquentium hominum sonos æmulatur. Manticora triplicem dentium ordinem habet / faciem hominis / corpus leoninum / humanas carnes auidissime affectat. Monoceros monstrum est mugitu horrido / equino corpore / capite ceruino / media in fronte cornu habet splēdore mirifico. Anguillas ad tricenos pedes longas educat Ganges. Indica maria balenas habent ultra spatia quatuor iugerum. Sola India mittit Psitacum auē. Mittit piper / gariphylon & hebenū / ex quo pocula fiunt. Nā qcqd maleficum fuerit / tactu eius auertitur. Mittit & calamos odoratos. Dat & multa alia fragrantia. Gignit Adamantem lapidem / Berillum / Crisopassum Hiacyntum / Margaritas & alias gēmas. Ebur quoq; in ea copiose inuenit̄. Ibi mōtes aureis uenis referti / quos ne effodiant̄ / dracones gryphesq; custodiūt. In ea regiōe / ut Plinius tradit li. vii. arbores tātę ꝑceritatis sūt / ut sagittis supari nequeāt. Hęc facit ubertas soli / tēperies cęli / aquarū abūdātia. Si libeat credere / ut sub una ficu turmæ cōdant̄ equitū. Multos ibi qna cubita cōstat lōgitudine excedere. Nō expuere / nō capitis / nō dētiū / aut oculorū ullo dolore affici / tā moderato solis uapore durari. Plinius

In ea est mons Caucasus ex eo latere quo ad
Plinius septētrionē est contermina Scythiæ/ ut Plinius
Herodotus refert lib. vi. Hunc dixit Herodotus lib. hist. i.
esse oīum mōtiū altissimū: qui ab eois surgit lit
toribus. Deinde inter ægyptiū & pāphilicū pe
lagus obiectus/ septentrioni dextero latere/ le
uo meridianę plagæ occurrit. Sed pro gentium
ac uarietate linguarum plurifariam nominat̄/
Apud indos Imaus: Apud Parthos paropany
sus: inde Taurus. Vbi ī excellētissimā sublimi
tatē consurgit/ Caucasus: aliisq; noībus.

Infernus quē alii tartarū/ qui cōturbationē signi
ficat: quia illic oīa pturbata dicunt̄: Alii stygē
quæ tristitiā interpretat̄: Alii herebū & orcū di
cunt: locus est in medio terræ: esseq; eo tricies
centena ducēta & quadraginta qnq; milia pdi
Plinius derūt. Plinius uero. li. ii. refert inuentam fuisse
epistolā in sepulchro Dionisyodori geometrę
peruenisse eum a sepulchro ad medium terræ
esseq; ad eum locum stadiorum. XLII. milia. In
ferorum imperium Plutoni Saturni filio datū
finxere poetę: cuius aspectum terribilem dixe
runt. Vnde Statius.

Statius Forte sedens media regni infelicis in arce
Dux herebi: populos poscebat crimina uitę/
Nil hominū miserans: iratusq; oībus umbris

Virgilius ãt. vi. æneí. Apud inferos nocẽtũ ex plorare culpas dixit Rhadamantũ Iouis filiũ: q fuit rex lycię/uir seuerus & iustitię executor. Vigilius

Gnosius hęc Rhadamãtus hẽt durissima regna
Castigatq; auditq; dolos/subigitq; fateri
Quæ quis apud supos furto lętatus inani
Distulit in seram cõmissa piacula mortem.

Eodẽq; libro mala quę sũt ĩ inferno describsit his uerbis.

Primisq; in faucibus orci
Luctus & ultrices posuere cubilia curę.
Pallẽtesq; habitant morbi: tristisq; senectus:
Et metus/& mala suada fames: ac turpis egestas.
Terribiles uisu formę/letumq; labosq;.
Tum cõsanguineus leti sopor: & mala mẽtis
Gaudia: mortiferumq; aduerso in limine bellũ
Ferreiq; heumenidũ talami/& discordia demẽs
Vipereum crinem uittis innexa cruentis.

In hoc loco dãnanẽ q se uoluptatibus corporis/rebusq; terrenis dediderũt/ac uitiorũ labibus inqnauerũt/ p ide ab oĩpotẽti deo æterno igne/uariisq; poenarũ generibus cruciantur.

Theologi uero inferna quatuor esse dixerunt Vnũ in cẽtro terrę/ ĩ quo dãnati sẽsibilẽ poenã patiũẽ/& gratia ac uisiõe diuina priuãẽ. Alterũ sup hũc ẽe uoluerũt/ubi animę puerorũ/q ũdã nõ pcepere baptismi/carẽt gratia & diuina uisio

ne: sed poenã sesibilẽ minime patiuntur. Quẽ locũ puerorũ libũ uocauerũt. Sup hũc tertiũ posuere: ubi poenã animæ sentiũt: sed gratia diuina nõ priuantur: quod purgatoriũ appellant. Quartus omnibus supior in quo nulla extat pęna: & limbum sanctorũ patrũ uocari maluerũt. In hũc solũ Christũ descẽdisse & sãctos patres ibi existẽtes ab ĩferis adduxisse pdiderũt.

Insubres populi fuerũt gallię cisalpinę: quibus Cygnus Stelenei Regis filius primus oĩum imperasse dicit: qui ea in regione iuxta lacũ maiorem quẽ Verbanũ appellãt Sepriũ oppidũ cõdidit. Hic aũt Cygnus post interitũ Phaetõtis quẽ ardẽter amabat ex longo ploratu ĩ cygnũ auẽ cãdidissimã ut poete finxerũt cõuersus ẽ. Eius regionis ciuitates sũt Mediolanũ Papia Lauda Nouaria Vercellę & Comũ: quã urbẽ ĩcũbẽtes Rheti uastauerãt ut li. y. Strabo refert. Strabo Sed Põpeius Strabo Pompei Magni pater colonos in ea restituit. Inde nouũ Comũ appellata est. Larius lacus In cuius agro larius ẽ lacus q amnẽ Ticinũ emittit sicut Benacus Benacus in agro Veronensi Mincium amnem eiicit.

Ionia regio est asię minoris media inter Cariã & æoliã ab Ionio athenensiũ duce cognoĩata q eã regionẽ subegit: uel ab Iano Iaphet filio ut

lib. i. antiqtatis iudeorũ Iosephus auctor ẽ. In ea Miletũ urbs quõdã Ionię totius belli pacisq; artibus caput & princeps / ut Põponius refert: Taletis astrologi patria / & Thymothei musici / & Anaximandri phisici / & Pitaci philosophi / aliorũq; ciuiũ inclytis ingeniis merito inclyta. Ibi Lamius mõs Endymionis a Luna / ut ferũt / adamati fabula nobilis. De quo. ii. tusculanarũ scribit Cicero: cũ sup Lamio mõte obdormisset a Luna deosculatus ẽ. Vnde. Ouid. iii. de arte. Lamius Endymion nõ est tibi luna pudori. Sed Plinius li. ii. natural. hist. figmẽtum omne enodauit. Nã primus hoĩum Endymion lunæ cursũ naturãq; deprehẽdit: & ob id amore eius captus fama tradit̃. Ibi Prienis urbs / Biãtis phi losophi patria. Ibi Ephesus urbs pręclara / quæ Parrhasiũ & Apellẽ pictores celeberrimos ge nuit. Et Clazomena urbs / ex qua Anaxagoras phũs pręstãtissimus originẽ duxit. Meãder flu uius nobilissimus inter ioniã & Cariã defluit.

Iosephus

Põponius

Endymiõ

Cicero

Ouidius

Plinius

Parrhasius

Apelles

I ssa ĩsula ẽ in mari adriatico adiacẽs dalmatię / ut li. ii. refer Ptolem. In qua ẽ ciuitas eiusdẽ noĩs.

ptolemęus

I sauria regio est asię minoris sic dicta qa undiq; aurarũ flatibus pateat. Metropolim habet Se leuciam a Seleuco cõditam.

I srael regio est Asię maioris Samariæ cõtermina

Isidorus ab Israel filio Ysaac sic cognoīata/ ut Isidorus refert li. viiii. Israelitę.n. prius hębręi uocati sūt. Patriarchā uero hebręorū fuisse Israel sacrę litterę tradunt. A quo. xii. Iudęorū tribus israelis uocabulū sortitæ sūt. Nā Iudęi primū hębræi siue Israelitæ nūcupabāt͠. Sed postq̄ ī duo regna populus hębręorū diuisus est: tunc duæ tribus quæ de stirpe Iuda reges habebāt: Iudęorū nomen sortitæ sunt. Reliquæ decē tribus pristinū Israelis nomen tenuerunt.

Isthmos ē ea pars terræ angusta/ quæ inter duo maria cōclusa iter ad Cherronesum porrigit/ de quo Ouidius ī epistolis heroidum.

Ouidius

Aequora bina suis oppugnāt fluctibus isthmō
Et tenuis tellus audit utrunq; mare.

Et Lucanus in primo. Gracilis mare sepat isthmos.

Lucanus

Inter cæteros āt duo celebres describūt͠. Thracius sup quo ut Pōponius refert li. ii. & Plinius li. iiii. Cardia ciuitas fuit. Achaicus/ de quo Pōponius testat͠: hoc ideo isthmo cognomē esse q̄a quattuor miliū spatio ægęū mare ab ionio submouens/ angusto tramite helladi polopo nesū annectit. In eo ē oppidū Chencerea fanū Neptūni. Corithus olim clara opibus/ nūc Romana colonia: ex sūma ipsius arce maria utraq; contuens.

Pōponius
Plinius

I stria regio est italiæ illyrio cõtermina: quæ ĩ lati tudine quadraginta milia passuum. In circuitu cxxv. milia complectĩt: a Formione nũc Tisano fluuio ad fanaticũ sinũ: quẽ nũc Carnarium ap pellant: in quo Arsia amnis decurrens Istriam ab illyrio disterminat. Iustinus autẽ lib. xxxii. de Istria hæc scribit. Istriorum gentem fama est originem a Colchis ducere: missis ab Oeta Re ge: ad Argonautas raptoresq; filiæ persequen dos: qui ut a ponto intrauerunt Istrum: alueo Sabii fluminis pęnitus ĩuecti uestigia argonau tarum insequentes: naues suas humeris per iu ga montium usq; ad littus adriatici maris tran stulerunt: cognito ꝙ argonautę iidem propter longitudinẽ nauis priores fecissent. Quos ut aduectos Colchi nõ reperiũt: siue metu regis: siue tedio longæ nauigationis: iuxta Aqlegiã cõsedere: Istriq; ex uocabulo amnis: quo a ma ri concesserant appellati. Vrbes eius clariores. Iustinopolis: quã Iustinus ĩpator ędificauit. Pauli Vergerii patria iuriscõsulti & philosophi præstãtissimi: ac inter primos oratores eloquẽ tissimi. Insula oppidum distans a Iustinopoli qnq; milia passus. Et post tandũdẽ Piranũ op pidum nobile. Deĩde Humagum oppidum: a quo quinq; milia passus abest Hemonia: quæ

Iustinus

lis

Iustinopo

Paul. Verg

Piranum

Humagũ

Hemonia

nūc ciuitas noua appellatur. Prope eam Nauporti sunt hostia fluminis quieti nūc appellati/ inter Hemoniā alpesq; exorietis: in quē Argo

Plinius

nauim tradunt fuisse demissam. Nā ut Plinius refert li. iii. Argo nauis flumine in mare adriaticū descendit: nec procul Tergeste. Nec iam cōstat quo flumine. Humeris trauectā alpes diligētiores tradūt. Subiisse aūt Istro: dein Sao. De in Nauporto: cui ex ea causa nomen ē. De quo

Strabo

Strabo libr. v. Neq; uero omittēdū uidet̄ q̄ quidam scriptores ꝓ uero tradūt/ Argonautas per Istrum nauigātes/ atq; ad eius fontes delatos/ postea ad sinū adriaticū peruenisse. Post Nau

Parentium

portū prima est Parentiū ciuitas uetusta. Dein

Pola

de Ruuignū oppidū. Post illud urbs Pola/ Ro

Strabo

mana colonia/ a Colchis ut Strabo refert/ cōdita istriæ ac italiæ urbiū postrema. Hæc regio optimi uini ferax/ oleo ac fructibus oīs generis

Sdrigna

abundat. Stridon oppidū nūc Sdrigna uocatū in agro iustinopolitano sitū est. A quo gloriosissimus ecclesiæ Dei doctor Hieronymus originē duxit: ut tantū uirū cōstet/ nō alienigenā/ sed ī italiā natū fuisse: quod uerba sua de seip

.S.

so scripta in libro de uiris illustribus certissimū

Hierōymus

efficiūt. Hieronymus præsbiter patre natus Eusebio ex oppido Stridonis/ qđ a gothis euersū

dalmatię quōdā pānonięq; cōfiniū fuit. Siquī uero ptinaces contenderint beatū Hieronymū ideo illyricū fuisse: ꝙ eius gētis idiomate usus sit: respōdemus illis. Maiorē atq; nobiliorē Italię esse partē calabryā q̄ sit Istria: qua ī regione semp uiguit & nunc quoq; uiget gręcæ linguę usus. Pari modo apđ Vicētiā & Veronā pręclaras elegātissimasq; moribus italię urbes / multi sūt uici / multa oppida / quorū incolæ theutonica frequētius q̄ itala locutione utuntur.

I thaca insula est ante Epirū sita / Vlixis dominio illustris. In qua est ciuitas eiusdē nōis / ut li. iii. refert Prolemęus. Est & mons Neritos / a quo tota insula nōnunq̄ Neritos appellata fuit. Vnde Virgilius. iii. ęnei. Neritos ardua saxis. Prolemęus

ITALIA prouincia est europę / & oīum totius orbis celeberrima / numine diuino electa / quæ orbem ipsum clariorem faceret / sparsa cōgregaret impia / ritusq; molliret / humanitatē mortalibus daret / cūctarūq; gētiū patria fieret. Ibi locorū salubritas / ac cęli tēperies / ubertas soli / aprica colliū / opaca nemorū / tā munifica siluarū genera / īnoxii saltus: tanta frugū / uitiū / olearumq; / fertilitas: amicti uitibus montes: atq; ut ueteres dīxere / sūmū Liberi patris cum Cerere certamen. Hic falerni / massici / gaurani / surētiniq; montes Laudes Italię

uinetis atq; fructetis amoenissimi. Hic bellatores eq/nobilia pecori uellera/tam opima tauris colla/tot ãnes/lacus tanti/tot maria/ ac nobiles portus/oræq; patẽtibus terrarũ gremiis comertio orbis accommodatæ. Ad hæc auri & argẽtiosumq; metallorũ uenę fertilissimę. Tot calidi fontes diuersis ægritudinibus remediũ salutare præstãtes. Tot urbes egregiæ. Tam clarum decus ueterũ oppidorũ: quę primum gręci/postremo uictores Romani cõdiderunt. Neq; uirtute moribusq; excellẽtes uiros commemoro/aut ingenio & armis supatas gentes. Ipsi ea de re iudicauere græci/galli/poeni/atq; hispani totiens uicti ac pęnitus subacti. Quas ob res
Omnibus in terris quæ sunt a gadibus usque
Auroram & gangem/Italia ęquo iure pręferenda est. Nã si priscos in illa reges cõmemores/il

Saturnus
Ianus

lustrata est Saturno/Ianoq; regibus. Quorum alter Vir sũmę iustitiæ fuit/alter pater & deorũ deus appellatus est. Quẽ ob magnitudinẽ sapientiæ bifrontẽ esse dixerũt. In re militari semper adeo pręppotens Italia fuit/ut nullo unq̃ tẽpore sine splẽdido imperio extiterit. Hæc pro temporũ diuersitate uariũ quoq; sortita ẽ no

Hesperia

men. Nã prius quidẽ dicta est Hesperia ab Hespero Atlantis fratre/ uel ut Macrobio placet/

ab hespero stella q̄ occasui subiecta sit. Dehic Oenotria dicta fuit ab Oenotro Sabinorũ Rege. Post italia ab Italo Siculorũ Rege. Vnde Virgilius primo ęneidos. Oenotria Italia Virgilius

Est locus/ hesperiam graii cognoĩe dicũt.
Terra antiqua: potẽs armis/ atq; ubere glebę.
Oenotrii coluere uiri. nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Est & italiæ pars latiũ/ sic dictũ a Latino Rege/ ut Varroni placet: uel a latendo/ ut Virgilius viiii. ęnei. scribit/ cũ Euandrum Aeneę loquentem induceret. Latium

Primus ab ęthereo uenit saturnus olympo/
Arma iouis fugiens/ & regnis exul ademptis.
Is genus indocile/ & dispersum mõtibus altis
Composuit/ legesq; dedit/ latiumq; uocari
Maluit: his quoniã latuisset tutus in oris.

Idẽ sensit Ouidius lib. fastorũ primo Ouidius

Dicta quoq; est latiũ terra latente deo.

Rursũ hæc oĩs ora nõnunq̄ Ausonia dicta fuit ab Ausonio Vlixis filio. Vnde Virg. viii. æne.

Tum manus ausoniæ & gentes uenere sicanæ.
Sępius & nomẽ posuit saturnia tellus.

Iustinus aũt scribit Italiæ cultores primos Aborigines fuisse: quorum Rex Saturnus uir sũmę iustitię fuit: unde italia Regis nomĩe Saturnia Iustinus Saturnia

Situs italiæ

appellata fuit. Est autẽ querno folio assimilis: procentate amplior q̃ latitudine: quæ mari gemino maxima parte clauditur. Ab oriente enĩ adriatico siue supero. A meridie atque occasu tyrrheno siue infero in modũ penininsulæ cingitur. Ad septentrionem uero mõtes habet cõtinuos: qui inter utrunq; mare extensi mirabili altitudine a mediterranea regione illam cõmuniunt. Hi montes lingua gallica alpes uocantẽ/ quasi albæ: quia ꝑpetuis fere niuibus albescũt. Apeninus aũt mons paulo supra inferum mare ab alpibus oritur: qui per mediam ferme italiam in Siculum fretum discurrit usq; ad oppidum Rhegiũ. In ultimo sui ĩ duo cornua scinditur: quorũ alterum ionium spectat mare: alterum Siculum. In medio sinus Tarentinus. Ea

Magna gręcia

Padus flu.

quondam ora magna græcia nuncupata fuit. Planiciem uero inter apeninum & alpes positã secat padus fluuius italiæ celeberrimus/ingenti aquarum multitudine ĩ adriaticum mare decurrens. Verum italiæ lõgitudo ab alpino fine

Italię Lõgitudo Latitudo Circuitus

prętorię augustæ per urbem Capuam ad oppidum Rhegium/ut Plinius tradit/decies centena & uiginti milia passuum colligit. Latitudo eius a Varo ad Arsiam quadringenta .x. Vniuersę aũt ambitus tricies cẽtena . lviii. milia cõ

plectitur. Vmbilicum eius in agro esse reatino Varro auctor est.

Italia, ut ferũt, in sex & decem regiones sine insulis est diuisa. Suntq; Liguria, Etruria, Latium Campania, nunc terra leboris. Lucania, nũc prĩcipatus. Brucii. Calabrya, Iapygia siue Daunia nũc Apulia. Samniũ, nunc Aprutiũ. Picenum, nunc Marchia anconitana. Flaminia & Emilia, nunc Romandiola. Vmbria, nũc ducatus spoletanus. Gallia cisalpina, nunc Lombardia. Venetia. nũc Marchia taruisana. Iapidia & Carnia nunc Forumiulium. Istria. Italię ciuitates insignes. In latio urbs Roma terrarum caput. In cãpania Neapolis. In etruria Florentia. In gallia cisalpina Mediolanũ. In liguria Genua. In Venetia urbs Venetiarum. Ciuitates insignes

Hæc est italia Diis sacra, quæ teste Plinio li. iii. L. Aemilio Paulo. C. Statilio Regulo consulibus, nuntiato gallico tumultu, sola sine externis ullis auxiliis atq; etiã sine trãspadanis, equitum octoginta milia: peditum septingenta milia armauit. Equites Pedites

Iudęa ꝓuīcia est asię, quę ab oriente atq; meridie Arabia terminaẽ: a septẽtriõe Syria. Hãc Ptolemęus palęstinã syrię appellat: ĩ q̃ ẽ galilea, Idumęa, Phoenice, Iordanis fluuius, Cæsarea stra Ptolemęus

tonis. Appolonia/ Ioppa/ Azotus/ Ascalō/ Lacus asphaltides/ Lacus thiberiadis/ Gaza/ Emaus/ Engada/ Samaria/ Mōs libanus/ Pentapolis que igne consūpta ē/ & hierosolima clarissima urbiū oriētis/ ut Plinius tradit. In hierosolima est mons Syon qui specula ĩterpretař. Erat.n. in sūmitate eius arx cōstructa ad defensionē ciuitatis/ que de lōge uenientes facile cernebat. Vt

Iustinus aūt Iustinus refert li.xxxvi. Iudeorū uires tāte fuere: ut post Demetriū nullū macedonū regē tulerit/ domesticisq; ĩperiis usi Syriam magnis bellis infestauerint. Nanq; iudeis origo damascena: quæ Syrie nobilissima ciuitas est. Mos fuit apud Iudeos: ut eosdē & reges & sacerdotes haberēt/ quorū iustitia religione pmixta/ incredibile quātū coaluere. Opes gēti ex uectiga

Balsamus libus opobalsami creuere/ quod in his tātū regionibus gigniř. Est nāq; uallis: quæ cōtinuis mōtibus uelut muro quodā istar hortorū claudiř. Spatiū loci ducenta milia iugera: nomine

Hierico Hierico diciř. In ea silua ē & ubertate & amoenitate ĩsignis. Siqdē palmeto & opobalsamo distinguiř. Et arbores opobalsami formā similē pyceis arboribus habēt: nisi q̄ sunt humiles magis/ & in uinearum more excolūtur. In ea regione lacus est/ qui propter magnitudinem &

aquæ imobilitaté/ mortuũ mare dicit: nec materiã ullã sustinet: nisi quę alumine illustratur. Iudęa teste Solino/ illustris est aquis. Iordanis amnis eximię suauitatis/ Panea de fõte demissus regiones pręterfluit amoenissimas. Vt aũt scribit Diuus Hieronimus sup Matheũ Iordanis fluuius ad radices orit libani: duobusq; fõtibus surgit. Alteri nomẽ ior: alteri dan: qui simul iũcti iordanis nomen efficiũt. Lacus thiberiadis omnibus anteponit: ad sanitaté usu efficaci. In hac tantũ balsamus nascit. Similes uitibus stirpes habẽt/ malleolis digeruntur/ aquis gaudẽt/ amant ãputari. Iudęa ex nomine Iudę appellata est: ut Isidoro placet: hec ẽ palęstina regio quæ prius Canaam dicta est: a filio Chã Terra est opum diues: frugibus fertilis: opima balsamis. Vnde ob singularé aeris tẽperiẽ et elemẽtorũ gratiã existimauerũt iudęi eã ꝓmissã patribus terrã lacte & melle fluẽtem. In ea Solomõ regnauit annis quadragĩta/ uir oĩum sapiẽtissimus/ qui tẽplũ toto orbe celeberrimũ hierosolimis extruxit ex lapide albo & polito mirifica arte cõstructũ/ interius exteriusq; laminis aureis ornatum: cuius pauimẽtũ pretioso marmore sterni fecit. Altare quoq; æneũ longitudinis cubitorũ. xx. in eo erexit. Vasaq; oĩa ad dĩ

Iordanis fl.

Lacus thiberiadis

Balsamus

Isidorus

Solomon

uinũ cultũ ſpectantia aurea eſſe uoluit. Longi tudinẽ templi ſexaginta cubitorũ prodiderũt Latitudinẽ. xx. Altitudinẽ. c. xx. in quo archã domini & tabulas duas teſtamẽti: urnãq; man na plenã & uirgã Aaron ſũma cũ ueneratione/ ĩgẽtiq; hoſtiarũ pompa/ omni populo aſtante collocauit. Regiã quoq; ſibi & quidẽ ſupbiſſi mã prope tẽplũ ędificauit/ aliiſq; ĩnumeris ędi ficiis tam publicis q̃ priuatis urbẽ ipſam exor nauit/ quam poſtea romani principes Veſpaſi anus & Titus penitus euerterunt. Et ut Ioſe phus refert: centũ milia captiuorũ uendita fue runt: & undecies centena milia fame & gladio perierunt. Vt aũt tanta multitudo hieroſolimę reperiretur/ cauſa azimorum fuiſſe refert. Nam ex omni iudęa ad eam urbem confluxerunt.

Veſpaſianus

Ioſephus

L

l ACONIA regio ẽ in pelopõneſo/ quæ & Oebalia dicta fuit. Vnde Statius in Achilleide.

Statius

Soluerat oebalio claſſem de littore paſtor.

Dardanus. In ea fuit Amicla ciuitas · Caſtoris & pollucis patria. Ibi Eurotas fluuius qui ur bem lacedęmona pręterfluit/ cuius ripę lauro abũdant/ ideo illum poetæ Apollini ſacratum

dixere: de quo Virgilius ĩ Sileno Virgilius

Oia quæ phoebo quondam meditante beatus
Audiit eurotas iussitq; ediscere lauros.

Fuit aũt lacedęmonia siue lacedęmon urbs laconię a Lacedęmone Iouis filio condita. Hęc eadẽ alio noĩe Sparta nũcupaꝛ: Ipsa autẽ regio nõnunq̃ lacedęmonia dicta fuit.

L apitę fuerũt in thessalia alpestres populi/ q bella cũ centauris gessere. De qbus Virgi. ii. geor. Virgilius

Et magno ileum lapitis cratere minãtem.

L arodii populi fuerũt in scythia asiæ/ ut lib. iiii. scribit Herodotus. Herodotus

L atium regio est clarissima italię: cuius fines ab hostiis Tyberinis ad sitanum sinum. Est enĩ media ĩter Etruriam & Cãpaniam nobilissimis populis & ciuitatibus ornata. Est autẽ gloriosum hominum genus/ ut Dionysio placet/ soliq; ubertate ac ingeniorum excellentia foecũdum. Qua in regione per mediũ decurrens tyberis a propinquo tadẽ mari placidissimo sinu apud hostiam excipitur. Fluuius quidem cæterorum omnium princeps & imperator/ qui clarissimam illam & præpotentem intersecat Romam nostrorum regum domicilium atque omnium aliarum regionum caput a Romulo condita anno mundi. IIII. M. CCCC. XXXX. Dionysius Roma

ut Eusebius de tẽporibus refert/xii. M. passuũ mari ꝓxima. Cuius olim magnitudinẽ ac tectorum altitudinẽ siqs ꝓcenseat/nullius urbis amplitudinẽ in toto orbe potuisse ei cõparari fatebit̃. Iam uero florẽtissimas opes/maximũ nobilitatis numerũ/amplissimã senatus maiestatẽ/nauiũ multitudinẽ/tot ĩstructas paratasq; classes/ingentes exercitus/res terra mariq; gestas/prelia/uictorias & triũphos quo tãdem narrari debet ope? Ita.n. late ꝑ orbẽ terrarũ arma circũtulit:ut qui res eius legũt/non unius populi! sed generis humani facta discant. Hęc est quæ genuit Fabios/Scipiones/Metellos/Lucullos/Sillã/Mariũ/Marcellũ/Põpeiũ/& ipsum deniq; Cæsarẽ/cuius ĩ re militari uirtus & gloria ad cęlũ usq; ꝓfloruit. Hęc illa urbs ẽ/quę tot excellẽtes ingenio uiros edidit:quales Varronẽ/Tullĩũ. Catonẽ/Salustiũ/Hortensium/Graccũ/M. Antoniũ/& cæteros quos enumerare/ĩfiniti pene laboris esset. Hæc tãdẽ illa ẽ/quæ ꝑdomito orbe terrarũ ad id sũmi culminis fastigiũ peruenit:ut oĩum populorũ regna/oĩum gentiũ imperia magnitudine/potentia/uirtute:gloria superauerit. In ea quoq; regione ẽ Ardea ciuitas a Dane Persei matre cõdita/quæ Leonẽ secũdũ Romanũ põt. genuit. Terracina antea Trachi

Cęsar

Ardea

na ideſt aſpera uocata. Cui obiecta palus ingẽs ẽ/ut li. v. Strabo auctor ẽ/mari adiũgit̃. Funda na ciuitas decimo a Terracina miliario diſtat. Sothero põtifice Romano ornata. Caieta urbs a nutrice Aeneę dicta/ſicut Virgilius ſexti prin cipio cecinit. Strabo Caieta Virgilius

Tu quoq; littoribus noſtris æneia nutrix
Aeternã moriẽs fama caieta dediſti. Eſt ãt urbſ portu arceq; munitiſſima/uitibus/citris/ malis aureis amęniſſima. Velitre ciuitas uetuſta. xx ab urbe miliario diſtãt. A qua Cęſaris Auguſti ꝓgenitores originẽ duxerũt: qntoq; ab ea mi liario eſt uetuſtiſſimi nõis oppidũ Chora/ab uno triũ fratrũ conditũ: quorũ alter Tibur ædi ficauit: alter Catillo cognomẽ dedit. Vnde Vir gilius in vii.

Tum gemini fratres tiburtia moenia linquũt
Fratris tiburti/dictam cognomine gentem
Catilluſq; acerq; Choras/argiua iuuentus.

Preneſte urbs a græcis condita/quæ ut Strabo refert li. v. habuit Fortunæ tẽplũ illuſtre/ unde certa edebãt̃ oracula. Eſt ãt ſita ĩ mõtana regio ne. Tuſculũ ciuitas olim egregiis ornamẽtis ĩ ſignis. Eã uineta coronant/ tectaq; magnifica. Teanũ quod Sidicinũ uocãt: maxima quõdã inter latinas urbes. Calenũ urbs imprimis exi Preneſte Strabo Tuſculum Terracina ãxur dicta

mia. Setia urbs uetusta, arduo in colle sita, pre
Plinius tiosissimi uini ferax. Nã ut Plinius refert libro
xiiii. diuus Augustus uinũ setinũ prętulit cũc
tis. Priuernũ ciuitas olim insignis: cuius alũna
Camilla fuit Camilla uirgo. Alba ciuitas .xvi. ab urbe
lapide, trecẽtis annis ante Romã ab Ascanio
cõdita. De qua Virgilius ĩ. viii.
Ascanius clari cõdet cognominis albã. Anania
ciuitas ĩ hernicis uetustissima, de q̃ Virgilius.
Virgilius Hernica saxa colũt, quos diues anania pascit.
Ea urbs Innocẽtio. iii. & Bonifacio. viii. ciuibus
decorat̃. Tibur ciuitas multo ante Romam a
Sibylla græcis cõdita. Vnde decima Sibylla dicta tibur
tina originẽ duxit: cuius consilio ut multi ꝓdi
Eam græci Siceliam dixere. A poetis uero Trinacria dicta fuit: ppea q̃ triangularis describitur. Trinacria Quorũ unus qui in meridiẽ uergit/ Pachynus dicit̃. Alter Pelorus/ qui ad septẽtrionẽ spectat: & ab Italia mille qngẽtis pas. distat. Tertius Lilybeus/ qui Carthaginẽ maxime spectare uidetur: & ab aphricæ littoribus CXX. milibus pas. distare ꝓdiderunt. Pręterea Sicania denominata est/ a Sicanis hispanię populis qui duce Sicano primũ in italiã uenisse dicuntur. Sicania Mox ipsi pulsi insulam occupauerunt. Hęc a principio ut supiori libr. Iustinus scribit patria Cyclopũ fuit. Iustinus Cyclopes Quibus extinctis Aeolus regnũ insulæ occupauit. Fuerunt aũt Cyclopes uiri gigantes/ qui in Sicilia iuxta Aetnã degentes unicum tantum oculum in medio frontis habebant. Vnde Virgilius. iii. ænei. Virgilius

Ignariq; uię cyclopũ allabimur oris.

Et í. xi.

Exulat ętneos uidit cyclopas ulixes.

In ea sunt ciuitates illustres. Messana/ Catina/

Syracuſę/Panormus/Erix/ & Leontinū: patria Gorgię philoſophi & oratoris præſtantiſſimi.

Pōponius

Ibi Arethuſa fons eſt/in quo ut Pomponius refert/uiſuntᷣ iacta in Alpheū amnē peloponneſi littori īfuſū. Vnde creditᷣ ſubter maria terraſq3 depreſſus huc agere alueū. Eminet inſula montibus ętna & Erice. Vulcano ętna ſacer eſt. Erix Veneri.

Solinus

In ætnæ uertice/ut Solinus tradit/hiatus duo ſunt/ per quos erūpit uapor premiſſo prius fremitu & mugitu. Mirū hoc eſt/ ꝙ ī illo feruēti incēdio mixtas ignibus niues profert. Ita inuicta in utroq3 uiolentia/ nec calor frigore mitigatur: nec frigus calore diſſoluitur. Eſt & mons Nebrodes: cui damarū copia nomen dedit. Quicqd ſicilia gignit/ſiue ſoli ſiue hominis ingenio optimum iudicatur. Eſt aūt frugum fertiliſſima/auro abundās. In ea primum cōmiſſa ſemina terræ. Nam Ceres īde magiſtra ſationis. Hic primum inuēta comoedia. Hinc & cauillatio inimica in ſcena ſtetit. Hinc Archimedes qui ſiderū diſciplinā machinatus fuitᷣ. Hic uaſti ſpecus leſtrygonū ſedeſ. Hic campus ętnēſis in floribus ſemper & omni uernus die.

Miraculū de ſale

In ea ſal Agrigentinū: quod ſi igni iunxeris/ ſoluitur. Si liquor aquę proximauerit/crepitat ueluti torreaᷣ. In ea fons eſt qetus & trāqllus/

ſi tibię inſonent/exultabundus ad cantũ eleua tur:& ultra margines ĩtumeſcit. Ibi fõtes duo/ alterum ſi ſterilis ſumpſerit/foecunda fiet:alte rum ſi foecunda/uertitur ĩ ſterilitatem. In lacu agrigentino oleum ſupnatat. Achatem lapidẽ Sicilia edit/qui uarias præfert rerum imagines. Vnde anulus Pyrrhi Regis/ cuius gẽma Acha tes erat nouem muſas habebat cum ĩſignibus ſuis. Achates ſãguineis maculis irrubeſcit. Am bitus huius ĩſulę teſte Solino clauditur ſtadio rum tribus milibus. Diodorus in. vi. dixit qua tuor milibus trecentis ſexaginta.

Miraculũ fontiũ

Anulus pyr rhi

Solinus

Diodorus

S icyonia inſula eſt ĩ mari ægęo ex oppoſito ad Epidaurũ urbem Argiæ regionis pelopõneſi/ quam altam eſſe & eminentẽ oſtendit Plinius. Et Iuuenalis ſatyra .iii. Hic alta ſicyone. Eſt ẽt urbs Achaię in laconia. Vnde & laconia quan doq; ſicyonia dicta fuit/oliuetis abũdãſ. Vnde Virg. ii. geor. Terit̃ ſicyonia bacca trapetis.

Iuuenalis

Virgilius

S yllura inſula eſt in oceano gallico/ non longe a britannia. Cuius hoies /ut Solinus ſcribit/nun dinas ac numos refutant. Dant res & accipiũt/ mutatiõibus neceſſaria potius q̃ pretiis parãt. Deos percolunt. Scientiam futurorum pariter uiri ac foeminæ oſtentant.

Solinus

S inaptodes populi fuerũt ĩ deſertis aphricæ qui

Pōponius ut Pōponius refert, inflexi lētis cruribus serpere magis q̄ ingredi referuntur.

S inarū regio ut libr. vii. refert Ptolemęus termi-
Ptolemęus natur a septētrione parte serū. Ab ortu solis terra incognita. Ab occasu India extra gangem. Est aūt prima terrarum uersus orientē. Vrbium quas habet clarissimæ sūt Aspitra, Tine metrópolis, Cattigara. In quibus bis in anno Sol fit supra uerticem incolarum.

Plinius S ciopodæ populi sunt in aphrica, ut libr. vii. Plinius scribit. Qui in maiore æstu humi iacentes resupini umbra se pedum protegunt. Nō lōge eos a Troglodītis abesse.

S iphnos insula est in mari ægęo: in qua ut libro
Herodotus iiii. scribit Herodotus, argentifodinę & aurifodinæ multe erant.

S yria prouincia est asiæ, quæ ab oriēte fluuio Euphrate. Ab occidēte nostro mari & ęgypto terminatur. A septentrione habet Ciliciam & partem Cappadocię. A meridie Arabiam. Cuius ī-
Ptolemęus signes ciuitates, ut lib. v. refert Ptolemęus, sūt Laodicia, Hierapolis, Anthiochia, Apamia, Palmira, Heliopolis, Ptolemaida, Sidon, Tyrus, Beritus, Botris, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cęsarea, & Damascus urbs nobilissima caput Syriæ. Vnde Damascena pruna. Montes clari.

C armelus/ Casius/ Libanus. Fluuii illustres. Euphrates/ Crisoras/ Singas/ & pars Iordanis. Regiones ĩ ea sũt phoenicia/ palęstina/ iudęa/ Idumea/ Comagena/ & Samaria. Syria littus maris occupat/ quondã terrarũ maxima: ut li. v. Plinius auctor est: quae pluribus distincta ẽ noibus. Nãq; palęstina uocatur/ qua cõtingit arabas & Iudęa & Coele. Dein phoenice & intus Damascena. Longitudo eius inter Ciliciã & Arabiã. ccccLxx. mil. pass. Latitudo a Seleucia ad oppidum Zeugmã in Euphrate. dxxv mil. pass. In ea mons Casius. Cuius excelsa altitudo quarta uigilia orientẽ solem p tenebras aspicit: & breui corporis circũactu diẽ noctẽq; pariter ostendit. Altitudo montis p directum iiii. mil. pas. Regio est fertilissima nobilis situ/ diuitiis soli/ & aquis amoenis/ mari proxima. Vbi nobiles portus cõmertio orbis accommodati. Auri argentiq; ditissima. Ibi maxima caeli tẽperies. Nã cũ in medio orbis cõstituta sit: nec nimio algore riget: nec maximo calore torret. In ea quondã ut Iustinus scribit lib. xl. ingens terremotus fuit/ quo. clxx. hominum milia & multae urbes perierunt.

Plinius

Casius mõs

Iustinus

S cyritae gentes sũt inter Nomadas indos/ ut Plinius refert libro. vii. quę nariũ loco foramina

Plinius

tantum habent.

Scyrus insula est ĩ mari ægeo: Homeri sepulchro ueneranda. & Lycomedis regis patria. In qua Achilles sub puellari habitu adoleuit: atq; eius regis filiã Deidamiã grauidauit: quę ab insula ipsa Scyrias nonnunquam nominatur. de qua Ouidius in primo de arte.

Achilles

Ouidius

Scyrias ęmonio iuncta puella uiro.

Plinius

Patet lõgitudine teste Plinio: uigĩtiquinq; mĩlibus passuũ ex qua lapidẽ integrum fluctuare tradunt: eundem comminutum mergi.

Scythia ꝓuincia ẽ septẽtrionalis quã fluuius Tanais diuidit ita ut pars una in europa cõsistat altera in asiã protẽdaᷣ. Scythia europę ad thraciam terminaᷣ. In ea regio est ditis admodũ soli ut li. ii. põponius refert inhabitabilis tamen quia Gryphi seuũ ferarũ genus aurum terra penitus egestum mire amãt mireq; custodiũt: & sunt infesti attingẽtibus. Hominum primi Arimaspi: quibus singuli oculi esse dicunᷣ. Ab eis Cendones usq; ad meotida. Ibi Boristenes quĩ gentẽ sui noĩs alluit: ĩter scythię amnes amoenissimus defluit liquidissimus placidior q̃ cæteri potariq; pulcherrimus. Alit magnos pisces qbus & optimus sapor & nulla ossa sũt. Eam gentẽ Magog Iaphet filium magogas a se no

Boristenes fl. Scythię

minatos primũ instituisse ferunt: qui nũc Scy
thæ dicunẽ ut lib. i. antiquitatis iudęorum Io | Iosephus
sephus refert. Scythia uero in asia cõstituta ele
gãtissime a Iustino lib. ii. describiẽ in hunc mo
dũ. Scythia in orientẽ porrecta includiẽ ab uno
latere ponto/ & ab altero mõtibus ripheis. A ter
go Asia & Tapsi flumine. Multũ in longitudĩ
nẽ & latitudinem patet. Hominibus inter se fĩ
nes nulli. Neq; .n. agrũ exercent. Nec domus il
lis ulla/ aut tectũ/ aut sedes est: armẽta & peco
ra semper pascentibus: & p̄ incultas solitudines
errare solitis. Vxores liberosq; secũ in plaustris
uehũt. Quibus coriis hymbriũ hyemisq; causa
tectis p̄ domibus utunẽ. Iustitia gẽtis ingeniis
culta nõ legibus. Nullũ scelus apud eos furto
grauius. Quippe sine tecto munimẽtoq; peco
ra et armẽta hñtibus/ q̄d saluũ esset/ si furari li
ceret. Aurum et argentũ proinde aspernantur:
ac reliq̄ mortales appetũt. Lacte & melle uescũẽ
Laneus usus ac uestiũ ignotus. Et q̄q̄ cõtinuis
frigoribus urãẽ: pellibus tamẽ ferinis aut murĩ
nis uestiũẽ. Hęc cõtinẽtia illis morũ quoq; iustĩ
tiã dedit nihil alienũ cõcupiscẽtibus. Quippe
diuitiarũ cupido ibi ẽ/ ubi & usus. Atq; utinã
reliq̄s mortalibus simul moderatio & abstinẽ
tia alieni foret. Profecto nõ bellorũ tãtũ p̄ oĩa

ſęcula terris omnibus cõtinuaretur: neq; plus hominũ ferrũ & arma/ q̃ naturalis fatorum cõditio raperet. Prorſus ut admirabile uideatur: hoc illis naturã dare: quod gręci lõga ſapiẽtũ doctrina/ pręceptiſq; philoſophorũ cõſequi nequeunt: cultosq; mores incultę barbariæ collatione ſuperari. Tanto plus ĩ illis proficit uitiorũ ignoratio: q̃ in his cognitio uirtutis. Scythę ab alieno imperio aut intacti/ aut inuicti mãſerunt. Darium regẽ perſarũ turpi a Scythia ſummouere fuga. Cyrũ cum omni exercitu trucidarunt. Alexãdri magni ducẽ cum copiis uniuerſis deleuerũt. Romanorũ audiuere: nõ ſẽſere arma. Gẽs & laboribus & bellis aſpera. Vires corporũ imẽſæ. Nihil parauere qđ amittere timeãt Nihil uictores præter gloriam cõcupiſcunt. Ea

Solinus

quoq; ꝓuincia/ ut Solinuſ refert gignit ſmaragdũ lapidẽ: quo nil iocũdius/ nil utilius uident oculi. Smaragdo tertiã inter lapides dignitatẽ Theophraſtus dedit. Nobilia apđ Scythas flumina Mandrageus & Caſpaſus/ ut plinius refert libro. vi.

Plinius

S ithonia regio eſt littoralis Macedoniæ uerſus Thermopõtum: in qua mons eſt Sithon q̃ maxime niuoſus. De quo Virgilius ultĩa egloga.

Virgilius

Sithoniaſq; niues hyemis ſubeamus aquoſę.

Est etiam in ea locus dictus canis/ ubi Hecuba in canē cōuersa memoratur. De qua Ouidius.

Veterumq; diu memor illa malorum.
Tū quoq; sithonios ululauit mesta p agros.

S cythotauri populi sunt scythiæ/ qui ut Solinus scribit pro hostiis aduenas cędere cōsueuerūt. Solinus

S oanes populi sunt in asia/ Caucasi extrema obtinentes/ ut libr. xi. Strabo refert. Qui ui ac potentia præstant. Gentibus circūuicinis dominātur. Ducenta hominū milia cogunt ī exercitū. Veneno ad spicula mirifice utuntur. Strabo

S ogdiana puincia est asie/ quæ ut libr. vi. refert Ptolemęus/ a septentrione parte scythię terminatur. Ab oriēte Sacis. A meridie & occasu bactriana. Cuius ciuitates insignes sunt Oxiana/ Maruca/ Drepsa/ & Alexādria. Quā ut Solinus refert/ Alexander Magnus tertiā cōdidit ad cōtestandos itineris sui terminos. Hic locus est/ in quo primū a Libero patre/ post ab Hercule/ deinde a Semiramide/ postremo a Cyro aræ sūt constitutæ. Quod pximū gloriæ omnes duxerūt illo usq; promouisse itineris sui metas. Tradunt etiā Alexādrum Macedonē Paracandam urbem in Sogdiana cōdidisse. Et Cyrā ultimū Cyri opus/ ut lib. xi. Strabo refert. Neminēq; ad uersus Sogdianos exercitū duxisse pdidit. Ptolemęus Solinus Alexāder Iter Herculis & Alexādri Strabo

Solinus S olis insula est in mari indico rubens semper/ & ut Solinus refert omni animãtium generi inaccessa. Quippe quę illuc ingressos uis circũfusi aeris exanimet confestim. Ibi rara incolitur regio ob æstus intolerabiles.

S olymi populi fuerũt iuxta lyciam/ quos Homerus scribit pugnacissimos fuisse/ & a/ Bellorophonte deuictos. Homerus

S porades insulæ sunt plures circa Cretã & in carpathio mari/ ut lib. x. Strabo refert. Et appellat eas Sporades idest dispersas. Inter quas annumerat Therã/ Anaphen/ Ilon: in qua Homerũ sepultum esse aiunt. Sicenum/ Lagusã/ & Pholegandrũ/ Astypaleã/ & alias cõplures.

S trõgile insula ẽ in mari ægęo/ una ex eoliis sic dicta qa sit rotũda & globosa: qđ Strongylon græce designat. Aeoli domus. Ex cuius fumo ĩcolę pręnoscũt qui nã uẽti in triduo sunt futuri. Hęc ut Plinius scribit lib. iiii. uinearũ fertilis ẽ. Cuius ambitus patet. lxxv. milibus passuũ.

Plinius S trophades sunt/ ut Plinius refert libro. iiii. ĩsulę duæ in mari Ionio ante Cephaloniã insulã positę/ prius dictę Plotę/ Harpyarũ patria: quę ex Archadia per Zetũ & Calaim filios Boreę & Orithiæ pulsæ/ & ad insulas Plotas euolantes/ Strophades uocauerunt. Et sunt contra Epirũ Harpye

ſitę/ut Pomponio placet. Harpyę autem ſic de ſcribuntur a Virgilio. lib. iii. Pōponius Virgilius

Virginei uolucrū uultus/ foediſſima uētris
Proluuies/ uncæq; manus/ & pallida ſemper
Ora fame.

S ueui populi fuerunt Germaniæ/ Bauaris finiti mi/ plusq̄ centum pagos habentes. Gens uali da & bellicoſiſſima germanorum omniū. Lau dem putāt eſſe maximam/ latiſſime a ſuis fini bus agros uacare/ & uaſtatis circū ſe finibus ſo litudines habere. Hoc proprium uirtutis exiſti mantes neminem prope illos audere conſiſte re. Inter hanc gētem ſunt ciuitates & loca mul ta inſignia Bauarię/ quod uetus eſt dominiū. De his Lucanus ſcribit.

Fundit ab extremo flauos aquilone ſueuos. Lucanus

S uſiana prouincia eſt Aſiæ/ ut libro ſexto refert Ptolemęus. Quę a ſeptentrione terminaẽ aſſy ria. Ab occaſu Babyloniæ adhæret. Ab oriente habet Perſidem. A meridie partē perſici ſinus. Cuius ciuitates inſignes Tariana & Suſa oppi dum nobiliſſimum. In quo templum Dianæ Suſiæ. Ptolemęus

T

t ALGE insula est in mari hyrcano/ut Pomponius refert sine cultu fertilis: omni fruge ac fructibus abūdās/ sed uicini populi quæ gignunẽ attingere nephas/ & ꝓ sacrilegio habēt: diis parata existimantes/ diisq; seruanda.

Dionysins

Tamaritæ populi sunt in asia nō longe a Caspio mari: q teste Dionysio olim Bachū ab Indorū uictoria redeūtē non solū excepunt hospitio/ sed ēt solēnia illi sacra cōstituerūt/agitātes choreas circa torcularia quoad spumarent musto.

Solinus

Thanathos insula est in oceano gallico/ Britanniæ ꝓxima/ut Solino placet/frumētariis cāpis foelix & gleba uberi. Nec tantum sibi soli/ uerum etiā aliis locis salubris. Nā cum in ipsa nullus anguis uiuere possit: asportata inde terra quoquo gentiū inuecta sit/ angues illico perimit. Dicta ergo est thanathos a morte serpētū. Thanathos.n.a nostris dicit̃ mors: & īde athanathos immortalis.

Tapsus insula est Siciliæ proxima/uersus syracusas/pene fluctibus par. Virgilius.iii.ęneidos. Tapsumq; iacentem.

Solinus

Taprobane grandis admodū insula est in mari indico inter ortū occasūq; solis/ ut Solinus refert. Patet ī longitudine stadiis septē milibus.

in latitudine quinq; milibus. Scinditur amne interfluo. Nam pars eius bestiis & elephantis repleta e/ maioribus multo q̃ quos fert India. Partē homines tenent. Margaritis scatet et gē mis oībus. Nulla in nauigando siderū obserua tio. Ibi septentriones nequaq̃ aspiciunt̃. Lucet ibi canopos sidus clarū et amplissimū. Hoīes corporū magnitudine alios ātecedūt. Ceruleis oculis/atroci uisu/terrifico sono uocis. Viuūt ultra ānos centū/et pene ultra humanā fragili tatē. In Regis electione nō nobilitas præualet/ sed suffragiū uniuersorum. Populus .n. eligit spectatum moribus et inueteratę clemētiæ et iā annis grauē. Sed hoc in eo quæritur cui liberi nulli sint: idq; maxime custoditur/ne faciat he reditariū regnū. Deinde etiā si Rex maximam præferat æquitatē/nolunt ei totum licere. Qua draginta ergo rectores accipit/ne ī causis capi tū solus iudicet. Et si iudicatū displicuerit/ ad populū prouocat̃. A quo datis iudicibus sep tuaginta/fertur sentētia: cui necessario acquie scitur. Si Rex ī aliquo peccato argutus sit ac re uictus/morte mulctat̃. Culturę student uniuer si: Interdū uenatibus indulgēt. Vites nesciunt. Pomis abundāt. Marinas testudines cape gau dent. Quarū tanta est magnitudo/ut supficies

Optīa regis electio

earum domũ faciat. Ad gratiã poculorũ oĩum gẽmarum adhibẽt apparatũ. Vrbes ĩ ea nõ ſũt: ſed uici ſeptingenti. Plinius lib. vi eadem pene ſcribit: adiiciens ꝙ oppida qngenta in ea com perta ſunt. Ptolemęus aũt refert libr. vii. ibi na ſci berillos & iacinctos. Auro argentoqꝫ abun dare. Cuius inſignes ciuitates ſunt Talacoris emporiũ: Agabida: & Maugramũ metropolis. Ante eam mille trecentas & ſeptuagitaocto in ſulas eſſe prodidit: quarũ decem & nouẽ noĩa poſuit. Reliquas ſine noĩe eſſe teſtatur.

Plinius

Ptolemęus

Tapyri populi ſunt in parthia: ut libr. xi. Strabo refert: quibus mos eſt: ut ꝓprias uxoreſ aliis ui ris nuptui cõcedãt: cum duos tres ue filios ex eis ſuſcepint: ultro eas recipiũt.

Strabo

Taraconia regio maxima ẽ hiſpanię: quæ ut Põ ponius ſcribit libr. ii. altero capite gallias: alte ro Beticam: Luſitaniãqꝫ contingẽs mari latera obiicit: noſtro qua meridiẽ: qua ſeptẽtrionem ſpectat oceano. Vrbium e mediterraneis clariſ ſimæ fuerũt Pallãtia & Numãtia: nunc eſt Cęſa rea Auguſta. Eã regionẽ uerſus orientẽ Tarra coniæ & Cateloniæ regnũ appellãt. Pars ſeptẽ trionalis regnum Nauariæ nũcupatᷣ. In ea teſte Ptolemęo lib. ii. ſunt ciuitates inſignes. Aſturi ca: Auguſta: Cluma: Cęſarea auguſta: Toletũ:

Põponius

Ptolemęus

Valentia Romana colonia/quæ mediterraneo mari adiacent/Carthago noua/Tarracon/ Barcinon Romana colonia/& Saguntum. Populi celebriores Vascones/Cantabri/Celtiberi.

Thracia ꝓuincia ē europę/cuius fines sūt a septētrione Misia īferior. Ab oriēte pontus. A meridie pars macedoniæ. Regio ē/ut Pomponius scribit/nec cælo leta/nec solo. Et nisi qua mari ꝓpior ē/infoecūda: frigida est: ac eorū quæ serunt̃ maligne admodū patiens. Raro usq̃ pomiferā arborē: uitē frequentius tolerat/sed nec eius qdē fructus maturat. Viris asper atq; indecens corporū habitus ē. Cęterū ad ferociam & numerū īmites sūt. Amnes celebriores Hebrus & Nestos. Montes hēt Hemū/Rhodopē & Orbelon. E qbus hemus ī tantū altitudinis abit/ut Euxinum & hadriā ex sūmo uertice ostendat. Rhodope āt cognoīatus est a Rhodope Regina thracū/ & usq; ī migdoniā ꝓtēdit̃. In ea sūt urbes celebriores Enos/Apollonia/ Perinthos Calipolis a C. Calicula ędificata. Nicopolis/Lysimachia & Bizātiū urbs nobilis & maritima: quæ ut Iustinus refert libr. viiii. primo a Pausania Spartanorū rege cōdita/& p. vii. annos posseſſa fuit: deīde uariāte uictoria. nūc lacedęmoniorū/nūc atheniēsiū iuris habita est. Tandem

Pōponius

Hemus mōs altissimus

Iustinus

a Constantino impatore/ qui eam adauxit & exornauit/ Constãtinopolis uocata est. In qua præter cætera magnifica ędificia/ extat tēplũ diuæ Sophię dicatum: Iustiniani opus toto orbe memorabile. Hæc profecto tãto splendore ac dignitate exornatur: ut totius gręciæ caput iure uocari possit. Stragyra urbs in thracia sita ē: Aristotelis sũmi philosophi patria.

Traconitidis regio pars est Iudęę/ quam ferũt inter montē libani & lacũ tiberiadis sitã esse. Eã gentem instituit Cis filius Aram/ ut refert Iosephus lib. i. antiquitatis iudęorum. — Iosephus

Traguriũ insula ē ĩ mari adriatico adiacēs dalmatiæ/ ut libro. ii. refert Ptolemęus: in qua ciuitas eiusdem nominis sita est. — Ptolemęus

Thasii populi sunt thraciæ ĩ insula Thaso degētes. Apud quos teste Herodoto aurum & alia metalla effodiuntur. — Herodotus

Taurica Chersonesus peneinsula ꝓuincia est Europæ/ ut lib. iiii. ostēdit Ptolemęus: cuius fines sunt isthmus/ palus meotis/ pontus/ & cimmerius bosphorus. In ea ciuitates insignes sũt Eupatoria/ & Theodosia nunc Capha. Palus ipsa hyeme glaciatur/ ut Virgilius refert. — Ptolemęus; Virgilius

Pupibus illa prius patulis: nũc hospita plaustris

Cuius ambitus. dcc. milia pass. cõplectitur: & a

meotidis populis qui margines eius icolūt/nomen sortita est. Bosphorus āt a boū meatibus ꝙ ab uno latere ī aliud cōmode tranare possūt/ bosphori nomē assūpsit. Et qa a chimericis populis incolit̄ chimericus appellatur.

Tauri populi sūt septētrionales in taurica regione cōstituti: qui ut Pomponius scribit Iphigeniæ & Orestis aduentu maxime memorati. Immanes sūt moribus/ īmanēq; famā habēt. Nam pro uictimis aduenas cędere solebāt. Qui cum Orestē Agamenonis filiū cępissent/ & īmolare uellent: qui in eā regionē uenerat ad aram Dianæ/ ut liberaret̄ ab insania: a sorore Iphigenia/ quæ & ipsa in tauricam regionē uētis deportata Dianę tēplo præposita fuerat/ liberatus etiā ab omni insania cū sorore aufugit. Pōponius

Thebaica regio est ægypti/ quæ a thebis ciuitate nobilissima sic denoīata est. Fuerūt aūt plures ciuitates eiusdem noīs. Vna siquidē in ęgypto fuisse cōstat. Quam ut Diodorus refert lib. ii. Busyris rex ęgypti cōdidit/ a gręcis Heliopolis idest Solis ciuitas uocata: cuius ambitus centū quadraginta stadiorum cōplectebatur. Quam magnis ædificiis/ ac speciosis deorū templis/ aliisq; ornamentis pulcherrimis exornauit/ domusq; priuatas usq; ad quartā & quintā conti Thebę ciuitas ęgypti Diodorus

gnationem extruxit. Vrbē ipſam totius orbis pulcherrimam & fęliciſſimam fuiſſe idē auctor
Plinius
aſſeruit.. Eā Plinius lib. xxxvi. totam penſilem fuiſſe tradit: ſubter quam reges educere cōſue uerāt maximos exercitus nullo prorſus ex op pidanis ſentiēte. Et quod mirabile fuit/ mediā urbē amnis quidā placidis undis īterfluebat.
Pōponius
Centum portas habuiſſe Pōponius auctor eſt.
Iuuenalis
Vnde Iuuenalis ultima ſatyra
Atq; uetus thebę centū iacet obruta portis.
Alii centū aulas: totidēq; principū domos ha
Thebę boetiæ
buiſſe prodiderūt. Alia fuit ī Boetia a Cadmo Agenoris filio primū ędificata: quā Amphion muris cinxit/ aliiſq; ędificiis exornauit. Fuitq; urbs clariſſima duorū numinū Liberi atq; Her
Plinius
culis patria/ ut Plinius refert libr. iii. Eā Alexan der Macedo coepit & diruit/ ciuibus ſub coro
Thebę cilicię
na uenditis. Aliā fuit in cilicia/ ī qua Androma che uxor Hectoris orta educataq; fuit. De qua
Ouidius
Ouidius primo triſtium.

Nec cruciere minus/ q̄ cū thebana cruentū
Hectora theſſalico uidit ab axe trahi.

Aliā ī lucania regione italiæ fuiſſe tradiderūt.

Tenedos inſula eſt in mari ęgęo īter mytilenē & helleſpontū/ una ex cycladibus: quam in con ſpectu Troiæ fuiſſe maro cecinit. Ad quā olim

Tenes quidam fugiens/ q̄ cum nouerca sua cō cubuisset: eam cultoribus uacuā obtinuit. Vrbem de noīe suo ædificauit/ & insulæ nomē dedit. Dicit̃ ergo a Virgilio Notissima fama ob stuprum nouercæ.

Thera insula est sub Euboia iuxta Atticam: ī qua Eleusis est ciuitas/ ut lib. iii. scribit Ptolemęus. Vt autem Seruius refert sup primo geor. Eleusis ciuitas est Atticæ: ī qua regnauit Celous pater Triptolemi: ad quem cum Ceres quærens Proserpinam deueniret: docuit Triptolemum omne genus agriculturæ. Vnde Ouidius ī. iiii. fastorum. Ptolemęus Seruius Ceres

Iste quidē mortalis erit/ sed primus arabit. Ouidius
Et seret: & culta præmia tollet humo

Et ut Iustinus scribit libro. ii. In Attica regione Triptolemus usum frugum primus adiuenit. Strabo uero libro. x. Therā inter Sporades annumerat circa Cretam: quam dixit Spartanam fuisse coloniam. Iustinus Strabo

Terra leboris olim Cāpania dicta regio est Italię amęnissima/ īter latiū & calabryā sita/ ī qua Leborini campi totius italiæ uberrimi sternūt̃ & uitiferi colles. Nunq̄ generosior oleæ liquor/ ut libr. iii. plinius refert. Eam uero uim habuit leborinæ terræ appellatio/ ut campanię nomen

Capua in ſuum mutauerit. In ea Capua urbs uetuſta a
Capye troiano/uel a locis cãpeſtribus ſic noĩa
ta: uel ut pleriq; uoluerunt a Thuſcis condita/
uiſo falconis augurio/qui thuſca ligua Capys
Nola dicitur. Eſt & Nola a tyriis condita ut Solino
Solinus placet. Ibi quonda ciuitas Cumarũ ab Euboen
Cumę ſibus cõſtructa. In qua olim fuit ſacellum Sibyl
Sibylla lę: cuius librum ad Corneliũ uſq; Syllã pontifi
ces Romani conſulebãt: Nam priores duos te
Solinus ſte Solino ipſa exuſſerat/ Tarquino Sup̱bo par
Neapolis tius pretium offerente q̃ poſtulabatur. Eſt &
Neapolis urbs regia & nobiliſſima/ Partheno
pe a tumulo Syrenis appellata: a Diomede in
littore mediterranei maris condita. Vt aũt Stra
Strabo bo refert lib. v. eam primo Cumani incoluerũt.
Poſtea uero & Calcidẽſes/& ex Pithecuſis athe
niſq; uenĩẽtes. Vnde & noua ciuitas ideſt Nea
polis appellata fuit. Quę portu inſigni/magni
ficiſq; ciuiũ ædibus/ hortis/ac uiridariis/ citris
& alis fructibus refertis exornat̃. Complures
habet arces munitiſſimas/ Sed imprimis caſtel
lum nouum ab Alphonſo Rege extructum.
Opus certe memorabile/& omnibus italiæ mo
numentis & ſtructuris pręferendum: in quo ex
celſę turres/muri craſſiſſimi/atq; aulę celeberri
mæ eſſe referuntur. Ornata quoq; fuit ea ciui

tas Bonifacio octauo/& Ioanne.xxiii.ponti.
Ro. Est etiam Puteolanum littus & oppidum ipsum/quod a puteorum frequentia/ut Strabo refert lib.v.puteolos appellauere. Sunt qui ab aquarum putore: Vbi et sulphuris & ignis & aquarum calidarum plena sũt omnia. Est Teanum/Suessula/Atella/Nuceria/Aduersa/& aliæ complures.

Strabo
Puteoli

Thessalia regio est macedoniæ/ ut Põponius refert/ quę prius Emonia dicta fuit. Eademq; Pelasgis & Conargos atq; Hellas. Vnde reges hellenes/ut Plinius refert lib.iiii. Dicta est autem thessalia a Thessalo ibi regnãte. In ea teste Solino/de oppidis egregia sũt Pithia/Larissa/Thessalonica. Montes clari Pelion & Ossa/gigantũ fabula belloq; memorati. Pelion mõs est altissimus. M.ccl. passuũ ratione perpendiculi/ut Plinius refert lib.ii. Olympusq; qui tam excellẽti uertice attollit̃: ut littere ĩ cinere scriptę adusq; alteram anni cerimoniam permanere dicãtur: de quo Lucanus in tertio.

Põponius
Plinius
Solinus
Lucanus

Nubes excessit olympus.

Quatuor eodẽ nomine Olympos esse pleriq; tradiderunt: Vnus est ĩ thessalia: de quo supra. Alter in ponto. Alius in bithynia. Ad cuius radices urbs est Prusa ab Hannibale extructa.

Quartus in ęthiopia haud longe ab heliopoli ciuitate: qui oriēte sole usq; ad qntā diei horā flāmas emittit. Thessaliæ sunt cāpi pharsalici: in quibus ciuiliū bellorū detonuerūt procellę.

Plinius In ea ut Plinius refert li.iiii.sūt quatuor atq; triginta mōtes: quorū nobilissimi Olympus/Pierus/Ossa.

Eusebius In thessalia ut scribit Eusebius de tēporibus factū est diluuium sub Deucalione: et incēdium sub Phaetonte annis mundi.III.M.cccccclxx.

Diluuium

Treueri populi fuerūt gallię inter belgas/in confinibus germaniæ/Neruiis finitimi.

Theutoni populi sūt germaniæ: qui ut Pomponius scribit: loca incolūt prope mare aciacum. Similiter & Cimbri. Acie mare/ut idem tradit: non lōge est a sinu Codano/quod gremio littorum accipitur/nusquam mari simile/uerum aquis passim interfluētibus uagum atq; diffusum spargitur. Hi quondā a Sueuibus finibus pulsi sese Cimbris & Tigurinis sociarūt/ac magno impetu Romanorū fines inuaserūt: quos Marius summa strage uicit/deq; his triumphauit. Rex eorum Teutholocus uir eximię proceritatis fugatus atq; comprehēsus insigne spectaculum triumphi fuit.

Pōponius

C.Marius

Tigurini populi fuerunt germaniæ/qui quartā

partem heluetiæ continebant.

Tile insula est oceani septétrionalis/graiis & no stris celebrata carminibus. Quæ ultima fuit ex cognitis a Romanis. Virgilius .i. geor.

Tibi seruiat ultima tile.

In ea solstitio ęstiuo nullas esse noctes Plinius tradit. Ecõtra ut Solinus refert/ brumali solsti tio nullus pene dies. Vltra eã pigrũ esse accepi mus & concretum mare. Plinius Solinus

Tilos isula ẽ celeberrima ĩ mari ĩdico cũ oppido eiusdẽ nõis/ut Plinius refert li. vi. margaritis re ferta: quæ teste Solino/palmas fert: oleã creat: uineis abundat/terrasq; oẽs hoc miraculo sola uincit/ꝙ quęcũq; ĩ ea arbos nascit̃/nunq̃ caret folio: Mõs caucasus nõ longe ab illa incipit: q maximã orbis partẽ ꝑpetuis iugis penetrat: Ea dem insula hẽt lanigeras arbores/ut Plinius re fert lib. xii. quę cotonei mali ãplitudine ferũt cucurbitas/& maturitate ruptę ostẽdũt lanugi nis pilas: ex qbus uestes pretiosæ cõficiunt̃. Plinius Solinus Plinius

Trinacria insula est/quæ & Sicilia dicit̃. Est autẽ trinacria dicta ꝙ tribus ꝓmõtoriis in mari pro minet uidelicet pachino/peloro/& lilybeo. Vn de Ouidius inquarto fastorum.

Terra tribus scopulis uastũ procurrit in æquor

Trinacris a positu nomẽ adepta loci.

Et.xiii.Methamor. Intrant
Sicaniam tribus excurrit in ęquora linguis.
E qbus ĩbriferos ẽuersa pachinos ad austros
Mollibus expositus zephyris lilybeus & arctos
Aequoris expertes spectat boreãq; pelorus.
De eadẽ insula in Sicilia plura cõscripsimus.

T hyssagetæ populi fuerunt in Scythia ultra Sauromatas ex uenatione uiuẽtes. In quorũ agro flumina quatuor magna fluunt/ uidelicet Lycus/Oarus/Tanais & Syrgis.

T itanes populi fuerunt in gręcia uiribus excellẽtes: quos ab irata terra contra Deos creatos finxerunt poetæ. Et quasi ulciscendę matris terræ causa in deos armatos existere. Eos a Ioue bello superatos tradũt. Nam e cęlo iactis fulminibus interierunt.

T oliapis insula est in oceano septentrionali/ nõ longe a Tile.

T roas regio est phrygię/ quã Ptolemęus minorẽ phrygiam appellat. Adiacet hellespõto/ ut Plinius tradit lib. v. In ea Ilion fuit/ quæ & Troia ciuitas ab Homero & aliis poetis cãtatissima. quę mille qngentis passibus a portu distabat. Et ut idem Homerus scribit libro .iiii. Omniũ quę sub Sole ac stellifero cęlo sunt urbiũ/ insignissima qdẽ Troia fuit. In agro troiano natã

Plinius

Homerus

Troia

ferunt octauam Sibyllam Helespontiã, de qua scripsit Heraclides. De Christo aũt ita uaticinata ẽ. De excelso cęlorũ habitaculo humiles prospexit Deus: & nascetur in diebus nouissimis de uirgine hębręa ĩ cunabulis terræ. Ciuitates Troadis celebriores Dardanũ, Simeõtis fluminis hostia, Antandrus, Smirna, Clazomene, Ephesus, Miletus, Pergamus, Tyatira, Philadelphia, Laodicia, Anthiochia, Prinensia, Tarsus. Mõtes clari Ida, & Timolus. Regiones Misia maior & minor, Lydia, Meonia, & Caria. In ea regione teste Ptolemęo li. v. apud hellespõtum est Abydos ciuitas obiacẽs Sesto, Leãdri quondã & Hero amore ꝑnobilis. Leander. n. Abydenus & Hero Sestias uehemẽter se inuicẽ amabant. Leander itaq; ad Hero noctu ire consueuerat: fretum hellesponticũ tranabat: quod Seston & Abidon ciuitates interfluit. Cũ ergo quadam nocte iuuenis oppressi tẽpestate cadauer ad puellã delatũ fuisset: illa se illico ex alta turri præcipitẽ dedit. Ex Abydo asiæ usq; in Sestum Europę Xerxes Rex ꝑsarum cum ingẽti exercitu diuisas spatio pelagoq; terras ausus est põtibus iũgere. Mirũ atq; ingẽs facinus. Ex Asia in græciã pedes transgressus: quod Lucanus refert lib. ii.

Sibylla

Ptolemęus

Leander

Lucanus

Tales fama canit/tumidũ sup̱ æquora Xerxẽ
Cõstruxisse uias: multũ cũ pontibus ausus.
Europãq; asię: sestũq; admouit abydo
Incessitq; fretũ rapidi sup̱ hellesponti
Nõ eurũ zephirũq; timẽs: cũ uela ratesq;
In medium deferret athon. Nam ut libro hi

Herodotus storiarum. v. Herodotus tradit/Athos mõs altissimus macedoniæ classibus persicis nauigatus fuit: & a continenti iussu Xersis mille quingentis passibus abscissus est. Cum uero a græcis duce Temistocle nauali pręlio Xerxes uictus esset: parua manu fugiẽs ad Sestũ p̱uenit. Vbi cũ solutũ pontẽ hybernis tẽpestatibus percepisset: piscatoria scapha trepidus aufugit.

Seruius Troia regio est minoris Asiæ/ut Seruius scribit sup̱ primo ęnei. In qua ilion fuit: nõnũq̃ uero p̱ ipsa urbe Troia ponit̃. Ouidius. i. heroidũ.

Ouidius Troia iacet certe danais inuisa puellis.
Et in eadem epistola.
Iam seges est/ubi troia fuit.

Troiæ rex fuit Priamus Laumedõtis regis filius: quẽ a Ioue originẽ traxisse p̱diderũt. Nã Dardanus Iouis filius fuit ex Electra. Dardani filius fuit Ericthonius. Hic Troũ filiũ habuit: qui regionẽ quæ a Dardano dardania dicebat̃/Troiã a se uocauit. Troi filii fuerunt Assaracus & Ilus/qui ur

bem ipsã Ilion a se dixit. Hic genuit Laumedõ tem Priami patrẽ. Priamus aũt ut scribit Cicero in primo tusculanarũ quæstionũ/ habuit filios qnquaginta: quorũ decẽ & septẽ iusta uxore nati sunt. Assaracus uero illi frater Capim genuit. ex quo Anchises/ & ex illo Aeneas. Quã sane genealogiam Ouidius in quarto fastorũ pulcherrime descripsit. Cicero Ouidius

Dardanũ electra qs nescit atlãtide natum?
  Scilicet electræ cõcubuisse iouẽ.
Huius ericthonius: tros ẽ generatus ab illo.
  Assaracũ creat hic: assaracusq; Capim.
Proximus Anchises: cũ quo cõmune parẽtis
  Nõ dedignata est nomẽ habere uenus.
Hinc satus Aeneas.

Troglodytæ populi sunt æthiopiæ/ qui ut lib. v. Plinius refert specus excauãt. Hæ illis domus. Victus serpẽtũ carnes: Stridorq; nõ uox: adeo sermonis cõmertio carent. Plinius

Tuscia regio ẽ italiæ/ a ritu offerẽdi thura sic dicta quæ alio noĩe Etruria nũcupat̃. Cuius fines macra & tyberis amnes/ centum & septuagita quatuor. M. ĩter se distãtes. Apeninus mõs atq; inferũ mare. Tirrhenos aũt Romani etruscos appellãt atq; tuscos/ ut Strabo refert li. v. Græci uero a Tirrheno Atys filio Tirrhenos noĩarunt. Strabo

Atys.n.ex pgnatis Herculis ex Lydia colonos hãc ĩ regionẽ dimisit: cũ sterilitate ac fame populũ emittere cogeret. E duobus filiis sorte iacta Lydũ quidẽ regni successorẽ tenuit. Tirrheno autẽ maiorem applicãs populũ foras abire iussit. Hanc ille tandẽ ingressus orã/de suo uocauit noĩe tirrheniam. Et ædificãdis urbibus Tarconẽ præfecit/uirũ prudẽtia clarũ: qui ciuitates.xii.cõdidit. Tusciȩ celebriores ciuitates.
Pisȩ urbs uetusta ab his Pisanis condita/q e pelopõneso cũ Nestore aduersus ilion militarũt.
Pistoria urbs inter primas olim etruriæ annumerata.

FLORENTIA Vrbs inclyta & nobilissima totius Etruriȩ nunc primaria: quȩ ante Christi aduentũ nonagesimo ãno a Syllanis militibus cõ-
Sylla dita fuit. Nã cum Sylla militibus suis agrũ illũ inhabitandũ assignasset: ad Arni fluenta sedes posuere. Et oppido ibi extructo Fluentiam ap-
Plinius pellauerunt. De qua Plinius lib.iiii. meminisse uidetur/cũ dixit/Fluẽtinos prȩfluenti arno appositos. Eam Totila gothorũ Rex p fraudem
Carolus magnus coepit ac diruit: quam Carolus Magnus qui a Leone pont. Max. Augustus appellatus imperatorium nomen dignitatẽq; suscepit: cũ ex urbe Roma in galliã rediret/moenibus ac portis,

instauratã maiore ambitu circundedit: ac nobi
les florẽtinos ꝑ uicina oppida diffusos in urbẽ
reduxit. Eãq; dignissimis atq; ãplissimis priui
legiis donatã / liberã esse uoluit: legesq; ac ma
gistratus cõcessit. Hanc urbem oĩum italię pul Florentia urbs pulcherrima
cherrimã Arnus fluuius placidis interfluit un
dis quæ atriis ac põtibus nobilissimis / tẽplisq;
deo dicatis / ac magnificis ciuiũ ędibus decora
tur: Pręcipue uero magnifico & ornatissimo tẽ
plo diuę Reparatæ dicato: mirifico opere / ac nĩ
ueis marmoribus eximie ac magnificentissime
extructo: altissima atq; stupenda testudine or
nato: & iuxta illud turris marmorea splẽdidis
simi operis singulari pręstãtia cõstructa. In ea
quoq; pręcursoris domini digitus ĩdex maxĩ
ma ĩ ueneratione habet̃. In cuius honorẽ ædes
præclarissima in celebriore urbis loco dicata
est / ualuis ex solido ære deductis. In quibus
utriusq; testamẽti historia mirifico ope sculpta
habetur. Sed & Archangelo Michaeli ara ac tẽ
plum pulcherrimũ extructũ est. Diuoq; Laurẽ
tio basilica ornatissima eximio ope ac magno
impẽdio a deuotissimo Cosmo Medice cõstru
cta. Qui & celebre monasteriũ beati Marci euã
gelistæ ordinis sancti Dominici a solo ędifica
uit. Aliudq; apud fesulas Canonicorũ regula

riũ cũ bibliothecis adeo pulcherrimis & libro rum copia refertis: ut oẽs ſupent/quas ſuo tem pore habuit italia. Lanificii ac ſerici mercatura prę cęteris illuſtrat̃. Vitiũ & olearum foecũda/ ac fructuum omnis generis abundãs. Neq; hoc loco cõmemoro res pręclare geſtas populi Flo rentini/bellũq; maximũ & memorabile qđ an nis xii. cũ Galeacio Mediolanẽſiũ duce magna uirtute geſſit. In quo decies cẽtena & ducẽtena ſexagitaſex aurei numi milia p ſex tantũ men ſes expenſa ſunt. Taceo eius urbis florentiſſi mas opes: maximũ nobilitatis numerum: ingẽ tes peditũ equitũq; copias: exercitus ualidiſſi mos: res terra mariq; geſtas/pręlia/uictorias/& triũphos. Sed unũ tantũ cõmemoraſſe ſat erit. Videlicet Piſarũ expugnationẽ/urbis quondã potẽtiſſimæ/& florẽtino impio æmulæ & infe ſtiſſimæ. In quo bello multi piſani capti ad ſpe ctaculũ florẽtini populi. xxxxiiii. curribus per urbẽ deuehunt̃. Eã deniq; urbẽ terra mariq; ual latã fame & ferro pdomitã florẽtinus populuſ penitus ſubegit. Viris quoq; bonarũ artiũ doc trina pręditis/omniq; genere laudis præſtãtiſſi mis exornat̃. Imprimis qdẽ Dante Aldigherio & Franciſco Petrarca/uiris ꝑfecto litteris & elo quentia claris. Qui ingenii ſui egregia monu

Dantes
Franciſcus
Petrarca

menta reliquerunt. Fama quoq; est Claudianũ
poetã fuisse Florẽtia oriundum. Accursius iure
cõsultus præstantissimus qui ius ciuile primus
elucidauit. Ioãnes Boccacius latina patriaq; fa
cundia celebris. Nicolaus Acciaolus eques flo
rẽtinus/ & regni apulię nobilissimus guberna
tor. Paulus geometra insignis. Nicolaus medi
cus eximius/ qui de omni medicina grãde reli
quit opus. Tadeus phisicus celeberrimus. Pal
las Stroza/ clarissimus equestris ordinis Vir/
philosophusq; doctissimus/ ac utriusq; lingue
eruditus. Angelus Acciaolus eques auratus:
& Donatus eiusdẽ familiæ uiri eloquẽtissimi:
qui multas historias græcas nobis latinas fece
runt. Pogius & Lapus litteris græcis ac latinis
eruditissimi. Ambrosius religiosus græca & la
tina lingua insignis: qui Laertiũ e græco in la
tinũ elegantissime uertit. Mattheus Palmerius
uir eloquentissimus Florentiam plurimum ex
ornarunt. Habuit & Ioctum & Donatellum
pictores celeberrimos/ Ac Philippum Scola
riũ rei bellicæ gloria insignem. Qui copiarum
Sigismundi imperatoris dux effectus turcos
& Sarmatas multis pręliis superauit. Ornata
quoq; fuit Florẽtia Cosmo Medice magno &
excellẽti ingenio Viro/ summaque prudentia/

Accursius

Io. boccacius

Pogius

Cosmus Medices

humanitate ac probitate omniq; genere laudiſ inſigni & preſtantiſſimo: cui uix parē priſca tu lerunt ſęcula. Tanta fuit eius opū affluentia & munificētia/ut omnes italiæ ciues facile ſupera uerit. Tanta uirtus & ſapiētia/ut nutu & conſi lio eius cuncta optime regerent. Is ciuitatē plu rimis ędificiis ac templis Deo dicatis publicis priuatiſq; ædibus ultra oīum exiſtimationem exornauit. Quare eum ſummo iure patrem pa

Laurentius Mediceſ

triæ Florentia libera dixit. Nuper uita exceſſit Laurentius nepos/auitæ paternęq; uirtutis imi tator clariſſimus/Cuius prudentia ac probitate Reſpublica Florentina dū uitali ueſci licuit au ra/optimis moribus atq; inſtitutis foeliciter gu

Feſulę

bernata fuit. Feſulę ciuitas uetuſtiſſima arduo & munitiſſimo ī colle ſita/duobus milibus paſ ſuum diſtat a Florētia/cuius nūc parua extant

Volaterra

Perſius

ueſtigia: raroq; habitata colono. Volaterra ci uitas uetuſta/Perſio ſatyrico ciue ornata. Cortona urbiū Etrurię uetuſtiſſima/quā Pelaſ gos condidiſſe tradunt. Monsfaliſcorū urbs corrupte dicta mōsflaſconus. Vrbs uetus quę ut Leonardus Aretinus aſſerit a Florētinis ori ginē habuit. Ea ciuitas ornata eſt tēplo beatiſſi mæ uirgini dicato: quod frontiſpicium habet niueis marmoribus/mirifico ope ac magno im

pendio fabricatũ/oĩumq; totius italię pulcherrimũ. Habet & palatiũ magnifici operis/quod Vrbanus quitus pontifex Ro. extrui curauit. Ciuitas Castellana altissimis rupibus circũdata. Quam nonnulli prodiderunt fuisse Vehiẽtanam urbem/decẽnio a Romanis obsessam. Viterbium ciuitas parum uetusta/a priscis Vituruium appellata. Sutrium ciuitas uetustissima: apud quam prelium ingens Romani cum Etruscis olim gessere. Nepe ciuitas i historiis Romanorum crebro inuẽta. Orta ad tyberis fluenta ciuitas uetusta. Luca Romana colonia/quæ Lutium. iii. pontificẽ Ro. atq; Alexandrũ. ii. genuit. Cornetum ciuitas aucta Tarquinię proximę olim urbis uetustę ruinis: tribus milibus a mari distans. Sarzana ciuitas ad Macræ fluminis dexteram supra Lunã posita. Cuius arx Sarzanellum appellatur.

SENA urbs Etruriæ insignis et opulentissima/ quã Brenus dux gallorũ Senonũ/ q cũ exercitu trecentorũ miliũ Romã uenit p senibus ualitudinariisq; et armẽtis cõdidit ante Christi aduentũ anno. ccclxii. Quãuis Blõdus forliuiensis scribat eã a Ioãne. xviii. Ro. pont. cõstructã fuisse. In qua superba & clarissima extant ędificia: uidelicet gymnasiũ/ & forũ pulcherrimum:

hoſpitaleq; toto orbe famoſiſſimũ/ pietiſſime gubernatũ. Imprimiſq; tẽplũ beatiſſimę Mariæ uirgini dicatũ/ miro ac ſplẽdidiſſimo opere ex tructum. Ampla quoq; atria tam publica q̃ pri uata: porticuſq;/ & turres/ ac nobiles fõtes ciui tatem exornant. Nõ minus eam celebrẽ faciũt uiri inter etruſcos religione//moribus/omniq; litterarũ genere pręſtãtes. Eius ager frumenti/ uini/ & olei feraciſſimus: ac fructuũ oĩs generis abundãs. In quo multi ſũt fontes calidi & ſalu berrimi uariiſ morbiſ remedia pręſtãteſ. Taceo eius populi uictorias & triumphos/ ac res pace belloq; foeliciter geſtas. Ex hac urbe memoria digni celebreſq; fuerũt Alexãder. iii. põt. ro. & Pius. ii. uir ſiqdẽ poſt utrunq; Leonẽ oĩum Ro manorũ põtificũ ꝓculdubio eloquẽtiſſimus. Bernardinus & Caterina miraculis & ſãctitate illuſtres. Franciſcus Picolomineus Ro. eccleſię Cardinalis: uir ſacris litteris & prudẽtia claruſ/ omniq; genere laudis celebrandus.

Hic factus pontifex ro. anno xpi 1503 [illegible] Pius iij pontifex.

CLuſium urbs uetuſtiſſima/ ĩter capita etruriæ quondã annumerata: ĩ qua ut Plinius ſcribit li bro. xxxvi. Porſena rex etruſcorũ ſedẽ poſuit & labyrinthũ mirifici opis in ea extruxit ſepul chri cauſa: ſimul ut & externorũ regũ uanitas quoq; ab italis ſuparetur. Sepultus eſt. n. ſub

Plinius
Labyrithuſ mirificus

urbe Clusio in monumento ex lapide quadra
to. Singula latera pedū lata tricenū/alta qnqua
genū. Inq; basi quadrata intus labyrinthus in
extricabilis. Quo siqs ígressus fuerit sine glo
mere lini exitū inuenire nequeat. Supra id qua
dratū pyramides stant quíq;/quatuor in angu
lis & in medio una. In imo latæ pedum septua
genū qnū: altæ centū qnquagenū: ita fastigia
tæ/ut i summo orbis æneus & petasus unus oī
bus sit ípositus. Ex quo pédebāt excepta cate
nis tintinabula: quæ uēto agitata lōge sonitus
referebāt. Supra quē orbē quatuor pyramides
singulę altę pedū centenū. Supra quas uno so
lo qnq; pyramides: quarū altitudinē eandem
fuisse tradūt quā totius opis: adeo uesana de
métia quæsisse gloriā impédio nulli ꝓfuturo.
AREtium ciuitas uetustissima/ quę uiros præ
stantissimos genuit. Extat nāq; diui Augusti
epistola/ p quā affirmat Mecenatē suū Aretio fuisse oriundū. Cornelius uero Nepos Atticū Mecenas
dicit prędiū í aretino possedisse: quod Cecilia
num sit appellatū. Eā quoq; plurimū exorna
runt clarissimus orator Leonardus aretinus &
Ioānes tortelius gręcis & latinis litteris eruditi
PERusia urbs íclyta ac uetustissima ab Acheis
condita/ut Iustinus refert libro. xx. Siue a Tir Iustinus

rhenis ex lydia profectis/ut pleriq; uoluerunt/ arduo & munitissimo ī colle sita: quę turribus ac priuatis ciuium domibus/ foroq; pulcherri mo cum insigni fonte decoratur. Gymnasioq; celeberrimo/ac templis deo dicatis/ aliisq; mo numentis & structuris magnificis exornatur. Viros semper habuit belli ac pacis artibus illu

Braccius
Ni. stella
Nicolaus
piccininus

stres. Nā Braccius de fortebracciis rerum gesta rum gloria clarus. Nicolaus stella omni bellica laude dignus. Nicolaus Piccininus copiarum ducis mediolani īperator clarissimus. Iacobus eius filius exercitus Venetorum dux pręstātis simus. Carolus oddus. Sfortia eius frater. Brac cius & Carolus baliones. Carolus de Mōtono clarissimi belli ductores Perusia oriundi sunt.

Cinus
Baldus

Cinus & Baldus clarissimi iurisconsulti. Ac ęta te nostra Ioannes petrutius & Benedictus Ca pra iureconsultissimi Perusiam patriam habue runt. Ager perusinus oliuetis/croco/& uitibus foecūdus. Frugum quoq; ac pomorum diuer si generis feracissimus. Habet Trasumenum la cum iusignem optimis piscibus refertum. Ty beris quoq; fluuius nobilissimus agros perusi nos interfluit.

u ANDALIA Regio est europę septentrionalis & pars Poloniæ, a Vandalo fluuio, qui regionē īterfluit cognominata gens īmanis & ferocissima.

Vascones populi fuerūt hispaniæ Tarraconensis uersus pyreneū montē siti, ut lib. ii. scribit Ptolemęus. Ab eis quōdā Carolus Magnus cū ex hispania ī galliā rediret, ꝓpe pyrenei iuga insignē cladem accepit. Cecidere ī ea pugna Anselmus & Egibardus sūmi rei bellicæ duces. Tradunt etiā Rolandū Caroli ex sorore nepotem, præstātē fortitudine uirū, post ingentē hostiū cędē eo pręlio interiisse. Hic est Rolādus q ea tempestate corporis robore & animi magnitudine lōge cæteris præstitisse ferūt. Cuius fortia facta ꝑ uniuersū orbē clara celebrantur. — Ptolemęus — Mors Rolandi

Vatastica insula est ī flumine rheno, finitima Bactauis & phrisiis.

Vectis īsula ē ī oceano septētrionali uersus Tile.

VENETia regio est italiæ, quæ ab amne Mintio usq; Tiliamentum protēditur. Regio inclyta atq; pulcherrima, frugum, uini, & olei feracissima, aquis & fluminibus illustris, fructibus & piscibus copiosa, uicis castellis et clarissimis ciuitatibus insignis. Cæterū de Venetis duplex est sermo, ut libr. v. Strabo asserit. Nam quidā — Strabo

eos a Gallis eiusdem appellationis originem traxisse prodiderunt. Fuerunt autem Veneti populi inter Celtas, littora oceani gallici incolentes: quos Cęsar nauali pręlio superauit. Nõnulli ab Enetis qui post bellum troianum cum Antenore salutem assecuti, cursũ huc e paphlagonia tenuere, descendisse affirmant: Quod libro tertio Plinius attestatur. Inquit enim. Venetos troiana stirpe ortos auctor est Cato. Vrbium quas habet eæ maxime celebres fuerunt:

Veneti galli

Plinius

VERONA urbs nobilissima a gallis cõdita, ut libr. xx. Iustinus refert: quã Athesis fluuius illustris placidis intersecat undis. Hęc habet męnia & arces munitissimas: & ædificiis tã publicis q̃ priuatis ornata cõspicitur. Hos genuit uiros pręstantes. Emiliũ macrũ & Catullum poetas, & Guarinum oratorem præstãtissimũ. Pisanum pictorem celeberrimũ. Macer quoq; physicus insignis Veronã patriã habuit. Necnõ Zeno põtifex ueronẽsis, uir sãctimonia celebris. Canis grandis scaliger, qui annis uno & quinquaginta Veronę dominiũ tenuit: ciuitatesq; interea Cremonã, Parmã, Regiũ, Vicẽtiã, Patauiũ, Feltrũ, Bellũnum, Taruisiũ in potestatẽ re

Iustinus

Catullus

Macer

Zeno

Canis grãdis

degit: Gōzagāq; familiā dicioni mātuę eiectis passarinis imposuit. Luchinus Vermes uir bello insignis: qui Cretam īsulam Venetis rebellē ꝓpria uirtute subegit. Iacobus eius filius exercitus ducis Mediolani imperator clarissimus: Georgius Caballus rei militaris ductor præstātissimus Verona oriundi sunt. Ioannes arcula & Gerardus physici ī arte medicina clarissimi: Paulus & Timotheus Canonici regulares/ ex nobili familia Maphea/ precones Christi insignes: uirtute ac sāctitate celebres. Isota nogarola foemina uirtute pudicitiæ illustris/ ac bonarum artium doctrina eruditissima Veronā plurimum exornarunt. Ager ueronēsis oleis/ uitibus/ ac fructibus diuersi generis abundat. Habet lacum Benacum/ omnium totius italię pulcherrimum. Qui optimos pisces alit. Pręcipue autem Corpiones purpurei coloris/ & optimi saporis: qui nullo alio loco inueniuntur: Eius littora citris & malis aureis referta/ amoenissima sunt.

Luchinus Vermes

VICENTIA urbs italiæ īsignis & celeberrima quæ a gallis senonensibus duce Breno Romę incensoribus ante Christi aduētum anno. ccc. lx. condita fuit/ ut ex libro Eusebii de tempo

Eusebius

Iustinus ribus colligere potui & Iustinus refert. lib. xx. Eam Rheronus & Bachilio ãnes diuersa regione placidissimis interfluũt undis: q post urbis moenia simul iuncti Meduaci nomẽ efficiunt: flumẽ nauigabile/urbẽ patauii prȩterfluẽs & ĩ adriaticũ mare decurrẽs. Est ãt mȩnibus ac turribus/magnificisq; ciuiũ ædibus/ac tẽplis Deo dicatis nõ mediocriter decorata. Imprimis quĩ dẽ prætorio magnifico/ quadratis politisq; lapidibus albis/rubrisq; singulari præstantia extructo: & iuxta illud turris altissima eximie cõstructa: quæ. cc. &. xii. pedes ĩ altũ euecta ẽ. Põte quoq; sãcti Michaelis ex lapidibus quadratis cõstructo: unico & ingẽti fornice: cuius latitudo ex ĩferiori parte cõtinet pedes octoginta duos. Est etiã aquis amȩna: aerisq; salubritate iocunda. Lanificii ac serici mercatura illustris. Nec minus eã celebrẽ faciũt uiri iter Venetos religione/moribus/animi magnitudine/oĩq; litterarũ genere prȩstãtes. Ex quorũ numero plurimi equestris ordinis uiri splendidissimi/iuris cõsulti prȩclarissimi/aliiq; tam bonarum artiũ doctrina/q̃ rei bellicæ gloria insignes defluxerunt.

Cecina Nam Cecina Romani exercitus imperator clarissimus Vicentiam patriam habuit.

Perendeus Perendeus quoq; longobardorũ dux. Georgius

& Robertus Thienei rei militaris ductores prę stantissimi Vicētia oriūdi sunt. Q. Rhenius Palęmō grāmaticus & rhetor isignis/q Romę/ut Suetonius scribit tēpore Tiberii Cęsaris principem locū inter grāmaticos tenuit. Nā hoīes capiebat tum memoria rerū/tum facilitate sermonis. Necnon poemata faciebat ex tempore: nomēq; suū i bucolicis nō temere positū! sed præsagente Virgilio: fore quādoq; oīum poetarū ac poematū iudicē. Pullex poeta q hermaphroditi carmina elegātissime scripsit. Simon Vicentinus clarissimus legū interpres/& apud iurecōsultos maxime celebratus. Antonius Luscus poeta & orator eloquentissimus/ qui primus omniū orationes Ciceronianas cōmētatus est. Extātq; eiusdē heroica carmina Virgilianā maiestatē redolētia. Ioannes Portus iurecōsultus prēstātissimus/q ętate sua ciuiles leges in gymnasio patauino principē locū tenens publice legit. Caietanus Thieneus philosophus celeberrimus/q publico stipēdio philosophiam in eodem gymnasio docuit. Alexāder Neuius qui iurispōtificii in patauino studio prīceps oīum fuit. Omnibonus Leonicenus Orator clarissimus/gręcę latinæq; līguę pitissimus. Mattheus Bassarius iurecōsultus eloquētia & bonarū ar

Palęmon

Suetonius

Caietanus

Alexāder

Oībonus

Fęlix &
Fortunatus

tium doctrina præstantissimus. Gullielmus pa iellus eques auratus/uir eloquentissimus. Ho rontius episcopus uicentinus/uir sacris litteris & prudētia clarus. Foelix quoq; & fortunatus germani fratres martyrio & sanctitate illustres uicētiā plurimū exornarūt. Maximo uicētiæ or namēto fuit Franciscus Portus eques auratus: uir pręstāti & excellēti ingenio/oīq; genere lau dis singularis/q diuitiis/munificētia/ humani tate/uirtute/ac ꝓbitate oēs eius regionis ciues facile suꝑauit: plurimisq; ędificiis tā publicis q̄ priuatis urbē ipsā exornauit. Hospitale Sancti Marcelli expositorū receptaculū magno īpen dio & cura ipsius extructū ē: aliasq; sacras ędes et monasteria extrui curauit. Sed præcipue in pulcherrimo pago thieneo arā ac tēplū beatissi mæ uirgini dicatū: palatiumq; nobilissimū ma gnificētissime extruxit. Ager uicētinus frugū/ oleæ/croci/et optimi uini feracissimus. Copia pomorū et auiū oīs generis abundās. Pręcipue aūt lagopis/quos frācolinos uocant/q optimi saporis bonitate fasianos et ꝑdices superant. Itēq; pirrhocoracibus/quos patria lingua paro nos dixere ad magnitudinē gallorū. In eo plū bi ac ferri uenę fertilissimæ. Duris lapidibus ru bris niueisq; abūdat. Pecora et armēta passi ge

nerat. Castellis & pagis ducẽtis opulẽtissimus Mõtibus & collibus amęnis. Piceis/ abietibus/ & laricibus ad cõstruẽda ędificia copiosus.

PATauiũ urbs uenetię magnifica & uetustissima ab Antenore troiano cõdita/ quę ut libr. v. Strabo refert/ cũctas eius regionis urbes excellit. Nã priscis temporibus in ea censi sũt quingenti equestris ordinis uiri. Antiquis aũt ãnis centũ & uiginti militum milia misisse constat. Quã uero ciuitas ipsa et uirorum ꝓbitate et artium bonitate floruerit: magnitudo cum aliarum rerum maximo apparatu Romã missarũ: tum uero pãnorũ et uestimentorum omnifaria mercatura declarat. Genuit Patauiũ uiros doctrina clarissimos. T. Liuium historicum et oratorem præstantissimum. Paulum iuriscõsultũ: apud uetustissimos celebratum/ Stellã/ Flaccũ/ et Volusium poetas. Petrum de Apano philosophiæ et astronomiæ et magicæ artis peritissimum. Franciscus Zabarella/ et Pileus de Prata Ro. ecclesiæ cardinales Patauiũ exornarunt.

TAruisiũ urbs uenetiæ insignis: cuius nomen prior inter uetustos habet Plinius: Totilã qn tũ gothorũ regẽ/ et qdẽ præstãtissimũ genuit. A quo dignitatẽ inchoasse uidetur quam nũc habet: uidelicet/ ut tota uenetię regio Marchia

Strabo

120 milium

T. Liuius

Taruisium

Toryla quintus gotorum rex

taruisina nūcupet̃. Nā idem Rex magno exercitu cōparato totā italiā armis subegit: Vrbēq; Romā ingressus diripuit & incēdit. Quidā uero ꝓdiderūt urbē Taruisii a troianis cōditam fuisse: quā fluuius Silis amoenis interfluit undis/ & in adriaticum mare decurrit. Est autē ciuitas ipsa mȩnibus arce & aquis munitissima/ pōtibus & priuatis ciuiū ædibus/ ac tēplis deo dicatis ornatissima/ uariisq; mercibus insignis: Frumēto uino & oleo abūdās. Piscibus & fructibus copiosa. Castellis & uicis plurimis referta. Quinetiā urbē ipsam ornatissimā reddunt uiri religione/ ꝓbitate/ moribus/ omniq; genere laudis præstātissimi. Tridentum urbs a gallis cōdita. Feltrū & Belūnum ciuitates in hac regione sitȩ sunt/ ut libr. iii. scribit Ptolemȩus. Huius regionis caput est urbs VENETIARū totius orbis emporiū. Quæ ad annum salutis Liiii. supra quadringentesimum/ ut Palmerio placet/ ī intimo adriatici maris sinu cōdita fuit/ quo anno Attila Rex hūnorū Aquileiā diruit. Huius ferocissimi tyrāni reliquæ Italiæ urbes terrore cōpulsæ huc loci cōfugerunt. Videlicet ex Patauio/ Vicentia/ Verona/ Mantua/ Brixia/ Mediolano/ & Papia nobiles & potēriores qq; ad ea loca uenientes urbē toto orbe clarissimā

Tridētum

Ptolemȩus

Attila

atq; tutissimã cõdidere. Quę situ mirabilis / di uitiisq; & omĩs generis mercatura cęteras ante cellit. Et quod mirabile dictu / cũ nihil in ea ge nerẽt / quod ad humanę uitæ usũ spectet: tamẽ frumẽto / uino / & oleo / ac fructibus oĩs generis abundat. Cuius magnitudinẽ ac tectorũ altitu dinẽ / quę auro & niueo marmore ornata sunt / & usq; ad tertiã & quartã cõtignationẽ extruc ta. Nauale toto orbe pulcherrimũ & munitissi mũ / armisq; oĩs generis refertũ. Excelsas turres ac nobiles portus siquis pcẽsere uelit / nullius maritimę urbis ãplitudinẽ in toto orbe potuis se ei cõpari fatebiẽ. Tẽpla uero deo dicata / sup bissimas ędes / atria magnifica / ĩprimisq; tẽplũ diuo Marco euãgelistæ dicatũ: mirifico opere / magnoq; ĩpẽdio extructũ / cũ ãplissimo foro / totiusq; italię pulcherrimo / florẽtissimas opes / amplissimã senatus maiestatẽ / nauiũ multitudi nẽ / tot instructas paratasq; classes / robur milita re / res terra mariq; gestas quę tandẽ narrabit fa cũdia? Ita. n. late ĩperiũ suũ mari ac terris ptẽ dit / ut præclara eius gesta nulla satis dicẽdi co pia enumerare queat. Vrbẽ uenerã plurimũ ex ornarũt Carolus Zeno & Leonardus iustinia nus litteris ornatissimi. Bernardus quoq; iusti nianus equestris ordinis uir: eloquẽtia clarus /

ac iurecõſultuſ preſtãtiſſimuſ Paulus religioſuſ dyalecticus & theologus iſignis. Petrus laure danuſ rebus bello geſtiſ clariſſimuſ. Georgiuſ xii. Eugenius. iiii. Paulus. ii. pont. ro. & cõplu res Ro. eccleſiæ Cardinales. Petrus emilianus epũs Vicẽtinus litteris & prudẽtia plurimũ de coratus. Frãciſcus barbarus uir preſtãti atq; ex cellẽti ingenio. Marcus lippomanus iurecõſul tus celeberrimus/ grecis hebreis ac latinis litte ris ornatiſſimus. Hermolaus barbarus patriar ca aqleiẽſis phũſq; ſapiẽtiſſimus/ ac bonarũ ar tiũ doctrina iſignis: necnõ utriuſq; lingue præ ſtãtiſſimus: q multos codices grecos ſũma cũ elegãtia nobis latinos fecit. Non lõge a Ve

Altinum netiis oli fuerũt Altinates a qbus Torcellum/ Maiorbũ/ Burianũ/ Murianũ cõdite fuerũt. Aq leiẽſes Gradũ. Cõcordiẽſes Caprulas condide re. Clugiã uero a Mõteſilicẽſibus cõditã pdide rũt. Prope Altinũ flumẽ Liquẽtia ex mõtibus opiterginis & portus eodẽ noĩe. Colonia Cõ

Plinius cordia. Flumen & portus Romatinum/ ut Pli nius refert libro. iii.

Vindelicia puincia ẽ europæ/ ut lib. ii. refert Pro

Ptolemeus lemeus. Eſt ãt ſita iter Rhetiã quã hẽt ab occa ſu/ & Noricũ/ quã tenet ab oriẽte. Eã lycius am nis diſterminat a Rhetia. Enos fluuius diuidit

a Norico. A ſeptẽtrione danubio terminatur. A meridie alpibus ſupra italiã extẽſis. Eius ciuitas iſignis Auguſta uindelica fuit. Sũt & Artobriga: Bocodurũ/ Carodunũ/ Medullũ/ ut li. ii. ſcribit Ptolemęus. Vt ãt Plinius refert lib. iii. Vindelicorum gentes quatuor. Conſuanetes/ Virucinates/ Licares/ Cattenates. Ptolemęus Plinius

V olſci populi fuerũt italiæ i latii regione cõſtituti: ubi ciuitas Terracina/ & Aſturia oppidũ/ ac Antiũ olim ciuitas/ Circeuſq; mons: i quo Circẽ Oetæ colchorũ regis filiã inſediſſe ferũt: carminũ maleficiis uarias imaginũ facies mẽtiẽtẽ.

V mbria regio eſt italiæ/ quæ nunc ducatus ſpoletanus appellaẽ/ ut ſupra de eadem regione ſcripſimus.

X

X ANTHII populi fuerũt i aſia: q ut lib. i. ſcribit Herodotuſ cũ urbẽ eorũ Harpagus præfectus Cyri obſideret/ uxores ſuas cũ omni ſupellectili in arce collocãtes eã igni ſuccẽderũt. Omnes deide cõtra Harpagum irruẽtes bello ceciderunt. Herodotuſ

X erolibya pars eſt libyę deſerta & aqs indiga/ p eã tradũt cũ Liber pater Indiã peteret/ exercitũ ductaſſe.

Z

Z Acynthos ĩsula ẽ magnifica & fertilita te pręcipua: ĩ qua ẽ oppidũ eiusdẽ no
Plinius minis, nõ longe ab Achaia, ut Plinius refert libro. iiii. quæ nemoribus abũdat. Vnde
Virgilius Virgilius. iii. ęneidos.

Iã medio apparet fluctu nemorosa zacynthos.

VNDE MEDITERRANEA MARIA ORIANTVR

O Mnis terra quæ colitur a nobis angu stata uerticibus lateribus latior: parua quędam ĩsula ẽ. ut ĩ libro de somnio Scipionis
Cicero auctor ẽ Cicero: circũfusa illo mari, quod ocea nũ appellamus. quatuorq; ex eo maria recipit,
Põponius ut li. i. Põponius refert, & Strabo in. iii. Vnum a septẽtrione, quod mare caspiũ uocaĩ: Pleriq; hyrcanũ nũcupant. A meridie duo, Arabicũ & Persicũ, quæ ab indico oceano effũdunĩ. Vnũ quidẽ aduersũ maxime Caspio, reliquũ ponti co. Quartũ ab occasu, qđ hos magnitudine ad modũ supat, & mare nostrũ appellamus. Duo
Plinius decim milia passuũ in lõgitudinẽ, ut Plinius re fert li. iii. fauces oceani patẽt. Quinq; miliũ in latitudinem. Hinc intranti dextra Aphrica est, leua europa. Inter has Asia est. Termini amnes Tanais & Nilus. Arabicus sinus. c. xv. milibus

passuum distat ab ægyptio mari / quem usq; in Nilum deducere uoluerunt ægyptii Reges / ut libro. vi. Plinius scribit. Sed territi ne aquarum multitudo oppleret omĩa: excelsiore tribus cubitis rubro mari comperto q̃ terra ęgypti / ab incoeptis destitere. Caspius uero sinus trecentis lxxv / milibus passuum distat a põtico. In eadẽ sentẽtia de origine cuiusq; maris extat Plinius libro. vi. Solinus Strabo & Macrobius & omẽs ferme Cosmographi / præter Ptolemęum / qui libro. vii. ita scribit. Asia coniungitur Aphricæ per terram incognitam / quæ indicum pelagus circumplectitur. Europę autẽ iungitur per dorsum / quod ĩter paludem Meotim & Sarmaticũ oceanum est. Hyrcanũ mare ab omni parte ambit̃ a terra. Haud aliter de mari ĩdico dicimus. Omne. n. cũ suis sinibus arabico / persico / eoo / a terra ex omni parte clauditur. Plinius Plinius Solinus Macrobius Ptolemęus

Terræ Vniuersæ mensura.

Latitudo terræ nobis cognitę / ut Ptolemęus scribit libro. vii. cõstat gradibus octoginta: ueluti gradu uno quingenta stadia complente. Stadiis uero quadraginta milibus fere. Longitudo super arcu ęquinoctialis circu Ptolemęus

li nonaginta milibus stadiis. Totus autem ambitus constat stadiis centum & octoginta milibus. Vt autem Strabo refert libro.iii. Vniuersa latitudo orbis terrarum minor est stadiorũ milium triginta/ab austro in septentrionem. Longitudo autem milia septuaginta esse traditur. Hoc autẽ ab occasu in ortũ: a b extremis hispaniȩ ad extrema Indiȩ. Hoc ipsum tũ itineribus tum nauigationibus mensuratum est. Plinius uero libro.ii. hæc tradit de mensura terræ. Pars nostra terrarum longissime ab ortu ad occasũ patet octogintaquinq; milia sexagitaocto passuum. ut Artemidoro placet. Latitudo autem terrȩ a meridiano situ ad septẽtrionem/ qnquaginta quatuor milia sexaginta duo. Vniuersũ autẽ hunc circuitum Erathostenes in omnium quidem litterarũ subtilitate præter cæteros solers: quem a cunctis probari uideo/ ducẽtorum quinquaginta duorum milium stadiorũ prodidit.

Ambitus

Strabo

Latitudo

Lõgitudo

Plinius

Artemidorus

Eratosthenes

Diuisio Climatum

t Ota autẽ habitabilis nostra diuidit̃ in septem portiones/ quȩ climata dicuntur. Est aũt clima tantum spatium terræ/ quãtũ dies seu horologium sensibiliter uariatur. Nec

est idem principium huius spatii quod finis.
Horæ enim diei terrarum distantia uariantur.

Medium igitur primi climatis per Meroem Nili insulam se protēdit: ubi maxima diei ꝓlixitas est tredecim horarū. Initium huius Climatis ē ubi diei maior ꝓlixitas ē duodecim horarū & dimidię & unius quartę. Finis uero huius climatis est ubi maior dies continet tredecim horas & quartā unā. Cuius latitudo ē .ccccxl. milium passuum. Primū clima

Medium secundi climatis per Syenem ciuitatem protenditur/quæ in principio ægypti sita est. Vbi longior dies tredecim horas continet & dimidiam. Initium eius ex termino primi Climatis. Finis uero ubi lōgior dies est tredecim horarum & dimidię & unius quartæ. Cuius latitudo est .cccc. milium passuum. II. Clima

Medium tertii Climatis per Alexandriam ciuitatem in fine ægypti positam se extēdit. Vbi maior dies est quatuordecim horarum. Initium eius est in fine secūdi. Finis uero ubi prolixior dies est quatuordecim horarum & unius quartę. Cuius latitudo est .ccc.l. milium passuum. III. Clima

Medium quarti Climatis ē ꝑ Rhodum/ Vbi maxima dies est quatuordecim horarum & dimidię. Initiū eius in fine tertii. Finis uero ubi dies IIII. Clima

lõgior eſt quatuordecim horarum & dimidiæ & unius quartę. Cuius latitudinem .ccc. miliũ paſſuum eſſe uoluerunt.

V. Clima Medium quinti per urbem Romam. Vbi maior dies horas quindecim continet. Initium eius in fine quarti. Finis uero ubi maxima dies eſt quindecim horarum & unius quartę. Cuius latitudo .cclv. miliũ paſſuum.

VI. Clima Medium ſexti per boriſthenes populos Scythię. Vbi maior dies eſt quindecim horarum & dimidiæ. Cuius initium eſt in fine quinti. Finis uero ubi maxima dieſ eſt quindecim horarum & dimidię & unius quartę. Cuius latitudo .cc. xii. milia paſſuum complectitur.

VII. Clima Medium ſeptimi per ripheos mõtes ſeptẽtrionales: ubi maior dies ẽ .xvi. horarũ. Initium eius ĩ fine ſexti. Finis ubi maior dies eſt .xvi. horarũ & unius quartæ. Cuius latitudo eſt .c.lxxxv. mil. paſſ.

Omniũ itaq; climatũ ab initio primi uſq; ad ultimũ ẽ diuerſitas horarũ trium & dimidię.

Longitudo ãt climatũ appellari poteſt linea ducta ab oriẽte in occidentẽ æque diſtãs ab ęqnoctiali. Vnde lõgitudo primi maior ẽ ſecũdo: & ſic deinceps: quod ꝑꝑ anguſtiã ſperæ cõtingit ut Euclides & ceteri aſtrologi ꝓdiderũt.

Zona frigida ĩhĩtabilis

Septimũ ꝑ mõtes ripheos

Sextum ꝑ boristhenes

Quintum per urbem Romam

Quartum per Rhodum

Tertium per alexandriam

Secundum per Syenem

Primum clima uadit per meroem

Zona torrida inhabitabilis.

DIVISIO TERRARVM IN PARALLELOS

u Eteres græcorũ inuentione exquisitis
simę subtilitatis terrã uninersã in seg
mẽta cæli.xii.distinxerũt: quę nostri circulos:
ipsi parallelos dixere: ut nihil desit in spectan
do terrarum situ.

P rimũ esse uoluerũt ꝑ insulã meroem/libyã inte
riorẽ/æthiopiã/& ptolemaidem ciuitatem ĩ ru
bro mari ad elephãtorũ uenatus conditã/ ut li
Plinius bro.vi.plinius refert:partẽ austrinã indici pela
gi et taprobanem insulam.

S ecũdũ ꝑ Syenẽ ægypti ciuitatẽ/ ꝑ getuliã/ libyã
desertã et garamãtes/partẽ rubri et ꝑsici maris/
arabiã austrinã et indicum pelagus.

T ertium parallelũ habet indiæ pars uersa ad au
strũ et Sinarum regio. Patet usq; arabiam et ru
bri maris accolas. Cõtinent̃ arachosia/drangia
na/gedrosi/ persæ/carmani/ parthiene/aria/ Su
siana/mesopotamia seleucia cognoĩata/ baby
lonia/arabia ad petras usq;/Syria/coele/pelusiũ
ægypti/inferiorq; ora:quæ uocat̃ alexandria/
aphricę maritima/cyrenaica oppida:tapsus/ha
drumẽtũ/clupea/carthago/utica/utraq; hippo/
Numidia/mauritania utraq;/ atlãticũ mare/co

lumnæ Herculis.

Quartus circulus ĩcipit ab india uergẽte ad occasũ: uadit p̱ medos / partos / persepolim / citima persidis / arabiã citeriorẽ / iudęã / libani montis accolas. Amplectit̃ babyloniæ partẽ / idumeã / samariã / hierosolimã / ascalonẽ / ioppã / cęsareã / phoenicẽ / ptolemaidã / sidonẽ / tyrũ / beritũ / botrim / tripolim / byblũ / ãthiochiã / laodiceã / seleuciã: ciliciç maritima / cyprũ austrinã / cretã / lilybeũ ĩ Sicilia: septẽtrionalia aphricę & numidię.

Quintus circulus ab indis imao ꝓximis orit̃. Tendit p̱ caspias portas Medię ꝓximas: catoniam / cappadociã / taurum / amanũ / issũ / cilicias portas / solos / tharsũ / cyprũ / pisidiã / pãphiliã / sydõ / lycaoniã / liciã / patharã / xanthũ / caunũ / rhodũ / coum / halicarnasũ / gnidũ / doriadũ / delũ / cycladas medias / cithiũ / maleã / argos / laconiã / elim / olympiã / messeliã / pelopõnesũ / syracusas / catinam / siciliam mediam / sardiniæ austrina / carteiam / gades.

Sexto subiacent circulo quę sunt ab altero latere imaui / cappadocię austrina / galathia / mysia / gardus / smirna / sypilus / timolus mõs / lydia / caria / ionia / tralis / colophõ / ephesus / miletus / samos chios / icariũ mare / cyclades septẽtrionales / athenę / megara / corinthus / sycion / achaia / patræ /

isthmus/epirus/septẽtrionalia Siciliẹ/narbonẽ
sis galliæ exortiua/hispaniẹ maritima/a cartha
gine noua/& inde ad occasum.

S eptimo cõtinẽt ab ĩtroitu caspii maris/ bactria/
iberia/armenia/ mysia/phrygia/ hellespontus /
troas/tenedus/abydos/scepsis/iliũ/ida mõs/ci
zicũ/lapsacũ: sinope/amisum/ heraclea ĩ põto/
paphlagonia/lemnus/imbrus/Thasus/Cassan
dria/thessalia/macedonia/larissa/ amphipolis/
thessalonice/pella/edesus/beroea/pharsalia: ca
ristus/ euboia/ chalcis/delphi/acarnania/ẹtho
lia/apolonia/brũdusiũ/tarẽtũ/thurii/locri/ rhe
giũ/lucani/neapolis/puteoli/ rhuscũ mare/cor
sica/baleares/hispania/media.

Octauo cõtinet urbs Roma amplectit caspias gẽ
tes/septentrionalia armeniæ/apoloniã/nicome
diã/niceã/chalcedonẽ /bizantiũ/lysimachiam/
cheronesum//melanẽ sinum/abderã/samothra
ciam/maroneam/oenum/bassicam/thraciã/me
dicam/peoniam/illyrios/dyrrachiũ/ apuliæ ex
tima/campaniam/etruriã/pisas/lunã/lucam/ge
nuam/liguriã/ antipolim /massiliam/narbonẽ/
tarraconem/hispaniam tarraconensem/ mediã
& inde per lusitaniam.

N onus circulus ab altera Caspii maris ora inci
pit/caditq; supra callatim/bosphorũ/ boristhe

nē/ſtomos/thraciæ auerſa/triballos/illyrici reli
qua/adriaticū mare/aqleiā/altinū/uenetiam/Vi
centiā/patauiū/ueronā/cremonā/rauēnā/ anco
nā/picenū/pelignos/ſabinos/umbriā/ ariminū
bononiā/placētiā mediolanū/omīaq; ab apeni
no tranſq; alpes/galliā aquitaniā/uiennā/ pyre
neum/celtiberiam.

Decius a Tanai p meoti & ſarmatas uſq; boriſthe
nē p dacos germaniā/gallias/& oceani littora.

Vndecius uadit p hipboreos/iberniā & britāniā

Duodecimus p ſcythicū pelagus a ripheis iugis
in thilem.

Quod mare diuerſis ī locis
noīa habet diuerſa

o Ceanus q uniuerſā circuit terrā/ a ueloci
tate cognoīatus ē. Cū terraſ apit & intrat/
mare noſtrū dicit̄. Vbi hiſpaniam pfūdit/ iberi
cus noīat̄. Circa īſulas baleares quas primo of
fēdit/balearicus dicit̄. Deīde q narbonēſē pro
uinciā cōtingit/gallicus. Mox a liguria liguſti
cus. Deīde uſq; ī Siciliā mare thuſcū uocat̄: qđ
græci tyrrhenū: itali inferū noīant. Iuxta Siciliā
Siculū. Sed cōtortū uerſus Venetias/ adriaticū
ſinum efficit/ Ab initio adriatici/Ionium uocat̄
uſq; ī græciā: ubi ægęi nomē aſſumpſit. Deīde
ubi aſiam ab europa ſtricto ſecernit mari/helle

ſpõtus noĩatur. Cũ dilatať / ꝓpõtis uſq; Cõſtãti nopolim. Vbi rurſus ĩ thraciũ boſphorũ ſtrigi tur / quouſq; dilatať / euxinus nũcupať. Sed rur ſũ reſtringiť / & boſphorũ Chimericũ efficit. In de ſeqť meotis palus magna q̃dẽ & lata: ĩ quã Tanais fluuius decurrit. Verſus aſiã pãphilicũ / phoeniciũ / ægyptium / a ꝓuinciis noĩa accipit. Ab inſulis Cyprium / carpathiũ / creticũ. A genti bus: auſoniũ / illyricũ. Ab oppidis: corinthiũ / argolicũ. A caſibus hoium: icariũ ab Icaro / myr toum / a Myrtilo q̃ ĩ eo ꝓiectus fuit / Et eſt pars ęgęi maris.

I nter maria primũ & maius eſt indicũ pelagus / ut lib. vii. auctor eſt Ptolemęus. Secundũ mare noſtrũ / quod pleriq; mediterraneũ uocãt. Ter tiũ hyrcanũ ſeu caſpiũ. Sinuũ uero primus eſt gangeticus. Secũdus pſicus. Tertius arabicus Quartus ęthiopicus. Quĩtus põticus. Sextus ægęi pelagi. Septimus paludis meotidis. Octa uus adriaticus. Nonus propontidis.

I nter ĩſulas & peninſulas maior eſt Taprobane Secunda britannia / quę & anglia. Tertia aurea cherſoneſus. Quarta ibernia. Quinta pelopõ neſus. Sexta Sicilia. Septima Sardinia. Octaua Corſica. Nona creta. Decima Cyprus.

a SIA est tertia pars orbis/ab Asia nympha Oceani & Tethios filia cognoīata/quę im pium circa ea loca tenuit/ quā minorē Asiā uo cāt:a qua & Asia maior nomē sumpsisse uolue runt.. Tribus hāc partibus tāgit oceanus/ qui ab oriēte eous:a meridie indicus:a septētrione scythicus appellatū. In ea primos hoīum ab oriē te accipimus Seres & Sinarū ꝓuincię incolas: q bus ut Ptolemęo placet/ bis ī āno sol fit supra uerticē eorū. Post hos sequuntur Indi & aurea chersonesus. In india sūt gāges & indus fluuii maximi totius oriētis. Indis ꝓxima ē Aracho sia ꝓuīcia. Deīde paropanisade/drangiana/ge drosia/aria/carmania/persis:a Perseo ātiquo re ge cognoīata. Susiana:ī qua ē Susa oppidū no bilissimū. Babylonia:ī qua Babylon ciuitas ma xima. Mesopotamia ī medio Eufratis & Tigri dis. Arabia īter rubrū & ꝑsicū mare/ quā in Ara biā fęlicē/petreā/& desertā diuiserūt. Ab eufra te fluuio usq; ad mare nostrū/est Syria ꝓuincia nobilissima/ī qua damascus ciuitas ꝓuinciæ ca put. Regiones ī ea sūt phoenicia/palęstina/iu dęa/ idumęa/comagena/samaria/Israel & gali lea: ī qua Nazareth ciuitas iuxta mōtē thabor Ptolemęus

Versus austrũ est ægyptus supior. Dehĩc ęthio pia asię. Ad septentrionem uero ẽ scythia ĩtra imaũ mõtẽ/ & scythia extra imaũ: Sarmatia & hypborei mõtes & populi. Inter põtũ & mare caspiũ est albania/iberia/colchis. Asia uero mĩ nor q̃si peninsula ẽ inter põtũ & mare nostrũ. In qua eæ sũt regiones Põtus/bithinia/ionia/ĩ qua Miletũ ciuitas caput regionis. Phrygia/in qua olĩ Troia fuit ciuitas clarissima. Lycia/ ga lathia/paphlagonia/pãphilia/cappadocia/ cilĩ cia. Interiora terrarũ multæ uariæq; gẽtes habi tant. Ad mare hyrcanũ hyrcania. Inde armenia maior & minor. Assyria ab Assur filio Sem co gnoĩata: ĩ qua ẽ Niniue ciuitas magna ab eodẽ cõdita/ uel a Nino Rege/ ut nõnullis placet. Est & Media a Medo filio Medeæ nomen sortita. Parthia puincia maxima. Parthorum. n. regna duodeuigĩti sũt. ut li. vi. Plinius refert. Margia na/ ĩ qua Alexãder magnus primã alexãdriam cõdidit. Bactria. Sogdiana/ ĩ qua est secũda ale xãdria ab Alexãdro macedone extructa. Ter tiã in ægypto ædificauit. Sũt Saces siue Sacarũ regio ultima ĩ mediterranea regione cõstituta.

Plinius

INsulę Asię Celebriores

t Aprobane ĩsula admodũ grãdis ĩ mari in dico. Crisę & Argirę in pelago indico/ co

pia metallorũ foecũdę. Iabadiũ insula in mari indico/auri & argẽti feracissima. Cernen insula cõtra sinũ psicũ: in qua teste Plinio lib. vi. sũt arbores distillantes odorẽ miræ suauitatis. Cyprus insula quõdã Veneri sacra. Et Rhodos insula pulcherrima in mari nostro positæ. Carpathos cõtra ægyptũ sita. Vnde carpathiũ mare. Plinius

Generalis Europæ Descriptio.

e Vropa ẽ tertia pars orbis: quæ nomen sortita ẽ ab Europa Agenoris phoenicũ regis filia: quæ ob nimiã formositatẽ a Ioue dilecta & cõpressa pepit Minoẽ Rhadamãthũ/ & Serpedonẽ/ ut nõnullis placet. Iupiter uero ĩ eius sẽpiternã memoriã tertiã orbis partẽ europã ex eius noĩe nuncupauit. Terminos hẽt ab oriẽte Tanaim & põtũ: a meridie mare nostrũ: a septẽtrione & occasu oceanũ. Gentiũ prima ẽ scythia siue sarmatia: quã fluuius Tanais diuidit a scythia asię. In ea Arimaspi: qbus singuli oculi esse dicunť. Ab eis Cẽdones usq; ad meotida. In ea quoq; Boristhenes fluuius amoenissimus. Regiones ĩ ea Alania/ dacia/ gothia. Eã nunc Russiã pleriq; esse prodiderunt. Vltra scythiam uersus arcton sunt montes & populi Riphei: quos Riphaat filius Gomer a se noĩauit/ Herodotus

Iosephus

ut Iosephus auctor est. Ad orã ponti ẽ Misia superior/ nũc Seruia. Misia inferior/ nũc Bosina & Bulgaria. Inde thracia. In qua est Bizãtiũ urbs regia/ nũc Cõstãtinopolis appellata/ totius grecię caput. Infra daciã quæ nũc Vallachia dicit͛: sũt Iaziges methanastę/ nũc septẽ castra uocata. Citra danubiũ fluuiũ totius europę maximũ/ ẽ pãnonia/ nũc Vngaria. Vltra danubiũ uersus septentrionẽ est germania magna usq; ad oceanũ/ uariis populis & regiõibus disticta. In ea ẽ Vĩdelicia nũc austria. Rhetia/ nũc sueuia/ Noricũ nunc bauaria. In ea danubius oritur/ qui et ister/ multisq; fluminibus auget͛. Et ꝑ ora septẽ pontũ ingreditur. Germania uersus occasũ rheno terminat͛. Vltra rhenũ est gallia in quatuor discreta regiões. Belgica/ quę nũc burgũdia/ picardia et lotoringia appellat͛: ĩ q̃ et britãniã minorẽ q̃dã esse uoluerũt. Lugdunẽsis nũc Normãdia. Aq̃tania & narbonẽsis/ quæ nũc ꝓuĩcia seu delphinatus appellat͛. Vltima terrarum uersus occasũ est hispania: quã in tris partes maiores nostri diuiserũt. Lusitaniã nũc regnũ portugallię. Tarraconẽsẽ nũc cataloniã. Bethicã nũc regnum granatæ. At uersus oriẽtem Thracię regioni iungit͛ Macedonia: olim migdonia/ pieria/ æmathia: quæ a Macedone filio Osiridis/ q

fuit Iouis filius cognoĩata ẽ. Ea quõdã illustris fuit duobus regibus Philippo & Alexãdro. In ea ẽ thessalia a Thessalo rege dicta. Magnesia / phocis / boetia / Attis / megaris. Sed oĩum Attis clarissima: quę & achaia dicit̃ / a nostris gręcia appellata. In quo olim fuerũt Athenæ philoso phorũ mater / & mõs Parnasus musis consecra tus. Gręcię iungit̃ pelopõnesus / isthmo tãtum ab eo discreta / quã nũc Moreã uocãt / a Pelope Tãtali regis phrygũ filio denoĩata. In ea corin thus & lacedęmõ ciuitates clarissimæ. Macedo niæ cõnectit̃ Epirus / a Pirrho Achillis filio sic denoĩata: Eã nũc albaniã uocãt / in q̃ ẽ molossa regio & chaonia ab Heleno Hectoris fratre no mẽ sortita: q ob amorẽ Chaonis fratris sui cha oniã noĩauit. Epiro cõtermina ẽ Dalmatia siue illyriũ: cuius fines latissimi sũt. In ea ẽ Liburnia regio. Epidaurus ciuitas totius regiõis ditissĩ ma nũc Ragusium appellãt. Seqtur deinde Ita lia ꝓuincia totius orbis celeberrima / ab Italo re ge cognoĩata: ĩ q̃ ẽ urbs Roma oĩum aliarũ re gionũ caput. Italia ĩ sex & decẽ regiões sine in sulis est diuisa

Insulę Europæ Celebriores

s ICILIA insula italię a Siculo Neptuni fi lio dicta: in qua mons ætna Vulcano sacer

ut poetæ loquunť. Ea quondã Cyclopũ patria fuit: q fuerũt uiri gigãtes: unicũ tantũ oculũ in medio frõtis habẽtes. Sardinia ĩsula italiæ ĩter aphricũ & tyrrhenũ pelagus sita: a Sardo Her culis filio nomẽ sortita: ĩ qua nec serpẽs nec lu pus gignit̃. Corsica ĩsula in mari ligustico uini optimi feracissima. Aeolię siue uulcanię insulę iuxta Siciliã. Diomedea insula contra apuliã a Diomede cognoĩata. Cyclades insulę in mari ægęo numero. LIII. circa Delũ in orbẽ fixę: Vn de & nomẽ traxere. Creta ĩsula cõtra hellespõ tum/cẽtũ olim urbibus nobilissima. Sporades insulæ sũt plures circa Cretã & in carpathio ma ri. Euboia ĩsula haud lõge ab achaia: a qua ma re euboicum/nũc Nigroponte appellata. Stro phades insulæ duæ cõtra Fpirũ sitæ/quondam harpyarũ patria. Corcyra ĩ mari Ionio nũc Cor fu. Stechades ĩsulę quĩq; ĩ fronte narbonensis ꝓuinciæ. Baleares insulæ duæ ĩ mari hiberico nunc Maiorica & Minorica. Ibernia insula in oceano septentrionali cõtra hiberiã sita/ ĩ qua nullus anguis. Britannia insula permaxima/ nunc Anglia dicitur in oceano gallico. Hemo des insulæ septem in oceano germanico. Ebu des insulæ qnq;. Orchades trigita. Tile ulti ma a Romanis cognita ĩ oceano septẽtrionali.

a Phrica quasi aprica/ idest gaudens sole/ quę frigore caret/ ab Apher uno ex posteris Abraę dicta ē/ ut Iosephus refert li.i. ātiqtatū Iudęorū/ quā teste plinio lib.v. gręci Libyā dixere. Fuit āt Libya filia Epaphi ęgyptii Iouis filii/ quæ cū in Neptūni cōcubitū uenisset/ Busiridē peperit/ & ī ea parte aphricæ regnū tenuit/ quæ ex suo nomine Libya dicta ē. Aphrica ab oriēte nilo terminał/ reliquis partibus mari cingił/ a septētrione libyco/ a meridie ęthiopico/ ab occidente atlantico/ Et est duplex/ maior & minor. Prima aphricę ꝓuincia uersus exortum est ægyptus inferior/ deinde Marmarica/ cui Libya est cōtermina. Tum Cirenaica quæ & pentapolis a qnq; ciuitatibus. s. Beronice/ Arsinoe Ptolomaide/ Apollonia/ Cirene. Seqł Aphrica minor/ in qua olim Carthago fuit a Didone constructa. Dehinc Numidia/ Massinissæ clara nomine/ in qua & Iugurta regnauit. Inde Mauritania cęsariensis/ a ciuitate Cęsarea dicta/ in q̃ regnū tenuit Antheus gigas ab hercule uictus. Postremo Mauritania tīgitana a ciuitate Tingi nūcupata: in qua ē mons atlas ab Atlante rege aphricæ sic noīatus/ a quo astrologia primum

Iosephus
Plinius

cóperta fuit. Verſus meridiem eſt ęthiopia/ in qua ē urbs Saba a regina eiuſdē nominiſ dicta. Sub ęthiopia ē ęgyptus thebais/a ciuitate Thebę nūcupatus. Eſt Libya interior. Sunt Getuli/ Angilę/ Troglodite/ Garamātes/ Atlātes. Intra Egipanes/ Blemii/ Satyri & Gamphaſantes.

Inſulę Aphricę celebriores.

p Haros ī mari noſtro cōtra nili oſtia. Menix īſula clariſſima ex aduerſo minoris aphricę ī qua ſunt duo oppida/ Meningen & Thoiar. Cercina cum oppido eiuſdē nominis/ quæ ī lō gitudine patet. xxv. milia paſſuū cōtra Carthaginē ſita. Gorgades inſulæ in oceano atlātico. Fortunatę inſulæ numero. v. ī oceano meridionali. Heſperides īſulę in oceano ęthiopico/ in quibus tradūt fuiſſe arbores aurea mala tenentes/ quæ hercules abſtulit/ Retulit argolico fulgentia poma tyranno.

FINIS

IMPRESSIT

Florentię Antonius Miſcominus
Anno Salutis. M. CCCCLXXXXIII.
Nonis Iuniis.

Vrbes celebriores quæ in hoc libro continentur.

Abydos uide in Troade
Abedos in ægypto
Adria in aprutio
Adria in emilia
Albania in albania,puícia
Alba in latio
Alexandria in ægypto
Alexandria in lombardia
Alexandria in Sogdiana
Alexandria in margiana
Albinga in liguria
Aletium in ſalentinis
Ameria í ducatu ſpoletão
Amida in laconia
Amiternum in aprutio
Anania in latio
Ancona in piceno
Anthiochia in ſyria
Antãdros í antãdro
Apollonia in cyrene
Apollonia in thracia
Aquila in aprutio
Aquinum in aprutio
Aquileia íforoiulio
Argiripa in apulia
Argos in pelopõneſo
Argos in hellade
Arba in ſcardona
Ariminum in emilia
Ardea in latio
Aretium in thuſcia
Aria in aria prouincia
Arpinum in aprutio
Aſchalon in palęſtina
Aſculum in piceno
Aſſiſia in ducatu ſpoletano
Athenæ in græcia
Athina in aprutio
Auenio in gallia
Auguſta in nauaria
Auguſta prętoria í lõbardia

Babylon in babylonia
Bactra í bactra prouincia
Barcinon in Tarraconia
Barbite in perſide
Bauſta in ſalentinis
Beneuentum in aprutio
Bergomum í lombardia
Bilbilis in luſitania

Bizantium in thracia
Brigantium in Rhetia
Brixia ĩ lombardia
Bononia in emilia
Burdigala in aquitania
Brundusium ĩ calabrya

Caieta in latio
Calcedon in ponto
Calcis in euboia
Calenum in latio
Clazomena in ionia
Camerinum in piceno
Canopus in canopo
Capua in campania
Carystos in euboia
Carthago in aphrica
Carthago ĩ Tarraconia
Carmania ĩ carmania
Celone in argia
Cesena in emilia
Catina in Sicilia
Cęsarea augusta ĩ tarracõia
Cęsarea stratonis ĩ iudęa
Cæsarea in syria
Comum in lõbardia
Corduba in bethys
Corfinium in aprutio
Corinthus ĩ pelopõneso
Cornetum in thuscia
Cortona in thuscia
Corytius in cilicia
Cremona in lombardia
Croton ĩ magna græcia
Cyrene ĩ cyrene ꝓuincia
Cithera in cypro
Ciuitas austrię ĩ foroiulio
Ciuitas castellana ĩ thuscia
Cirtha in Numidia
Cumæ in campania
Clusum in thuscia
Cosentia in brutiis
Cattigara ĩ sinarũ regione

Damascus in syria
Dardanũ in troade
Debris in garamantes
Delphi in phocide
Delphi in aonia
Dyrrachiũ in epiro

Eleusis in græcia
Eleusis in thera
Engada in esseni

Enos in thracia
Ephesus in ionia
Ephesus in troade
Epidaurus ĩ pelopõneso
Epidaurus in Argia
Epidaurus in epidauro
Epidãnus in Epiro
Erix in Sicilia no
Eugubiũ ĩ ducatu spoleta

F erraria in emilia
Firmum in piceno
Forumliuii in emilia
Fauentia in Emilia
Florentia in Thuscia no
Fulgineũ ĩ ducatu spoleta

Gaza in palęstina
Genua in liguria
Gomorum in pentapoli
Gnosus in Creta

H alicarnasus in caria
Heliopolis in Cilicia
Hierosolima in iudęa
Hierapolis in syria
Hispalis in bethys

Hippo regius in aphrica

I adera in dalmatia
Ilion in Troade
Iola in Numidia
Iope in palęstina
Idume in idumęa
Interãnia ĩ ducatu spoletão
Iustinopolis in istria

Lacedęmon in laconia
Laodicia in syria
Larissa in Thessalia
Leucas in Acarnania
Locrus in magna græcia
Londra in britannia
Luca in thuscia
Lugdunum in aquitania

M agnesia ĩ magnesia regione
Mantua in lombardia
Marasium in persis
Marathon in hellade
Massilia in massilii
Mediolanum ĩ lombardia
Memphis in ægypto
Messana in Sicilia

Metapõtũ ĩ magna gręcia
Micenæ in argia
Miletum in ionia
Mitylenes in lesbos
Mõsfaliscorũ in thuscia
Mutina in lõbardia

Narnia ĩ ducatu spoletão
Naulum ĩ liguria
Neapolis in terra leboris
Nepe in thuscia
Nola in terra leboris
Nouaria ĩ lombardia
Nouũ comũ in insubres
Nuceria ĩ ducatu spoletão
Numãtia in tarraconia
Nursia ĩ ducatu spoletão
Nicomedia in ponto
Nicea in ponto

Oebalia in oebalia
Olispon in hispania
Orta in thuscia
Ortona in aprutio

Palmira in syria
Pallantia in tarraconia
Pallene ĩ pallene regione
Pandosia in brutiis
Pãpilonia in nauaria
Panormus in Sicilia
Parma in lombardia
Parisius in gallia
Praga in bohemia
Placẽtia in lombardia
Paphos in Cypro
Pataujum in uenetia
Patrę in pelopõneso
Patera in lycia
Papia in lombardia
Pella in Macedonia
Pergamus in Troade
Perusia in thuscia
Preneste in latio
Pestum in lucania
Philestin in palęstina
Philadelphia in troade
Pithia ĩ thessalia & ĩ phitia
Pisæ in tuscia
Pistoria in thuscia
Pythacusæ in pythacusa
Pisaurum in piceno
Prienis in ionia
Priuernum in latio

Pola in Iſtria
Pōpeiopolis ĩ Paphlagon
Puteoli in Terra leboris

Raguſium in Dalmatia
Rauenna in Emilia
Reate ĩ Ducatu ſpoletão
Regium in Lombardia
Rhegium in Brutiis
Roma in Latio
Rhodus in Rhodo
Rutenum in Gallia

Sabini in Sabinis
Saguntum ĩ Tarraconia
Salamis in Cypro
Samaria in Iudęa
Sarzana in Tuſcia
Saſſina in Emilia
Sauona in Liguria
Sparta in ſparta
Sebaſta in ſamaria
Sena in tuſcia
Senagallica in Piceno
Setia in Latio
Sibaris in Colchos
Sicyonia ĩ ſicyonia ĩſula
Sydon in phoenicia
Syene in ægypto
Syracuſæ in ſicilia
Sodomum in pentapoli
Sulmo in Aprutio
Spoletũ ĩ ducatu ſpoletano
Suſa in ſuſiana
Sutrium in tuſcia

Tarracon in tarraconia
Tarentum in calabrya
Tharſus in cilicia
Taruiſium in Venetia
Taurinum in lombardia
Thebæ ĩ ęgypto & ĩ thebai
Thebę ĩ boetia & ĩ thebaica
Teanũ in latio
Theleſia in Aprutio
Theodoſia in taurica
Tergeſtum in foroiulio
Terracina in latio
Theſſalonica in theſſalia
Theſiphon ĩ babylonia
Tibur in latio
Tyatira in troade
Tirynthia in pelopōneſo
Tyros in phoenicia

Tifernũ ĩ ducatu ſpoletano
Toletum in Tarraconia
Troia in Troade
Thuſculum in latio
Tudertũ ĩ ducatu ſpoletano

Valentia in Tarraconia
Venetię in uenetia
Verona in uenetia
Vicentia in uenetia
Vienna in gallia
Vintimilium in liguria
Volaterra in thuſcia
Vtica in aphrica
Vtinum inforoiulio
Vrbinum in piceno
Vrbs uetus in thuſcia
Viterbium in thuſcia
Vercellæ in lombardia



